SVMMVLA

RESOLVTIONVM SVMMÆ ALEXANDRI DE ALES,

ANGLI, DOCTORIS IRREFRAGABILIS ORDINIS MINORVM.

SIC REDACTA

Per Admod. R. P. M. Prosperum Vrbanũ Vrbinatem, artium, & Sacrę Theologię Doctorẽ celeberrimum.
ORD. MIN. CON.

Cum Indicibus Quæstionum, & memorabilium;

AD SERENISSIMVM FRANCISCVM MARIAM SECVNDVM VRBINI DVCEM SEXTVM.



VRBINI, Apud Bartholomæũ, & Simonẽ Ragusios fratres.
M. D CIII.
SVPERIORVM CONSENSV.

SERENISSIMO PRINCIPI

FRANCISCO MARIÆ SECVNDO

VRBINI DVCI SEXTO

DOMINO SVO

clementiſſimo.

FRATER PROSPER VRBANVS

FOELICITATEM.

CVM ego (Sereniſſime Princeps) per longam annorum ſeriem, nunc priuatim, nunc publicè dederim aſſiduam operam, tùm legendæ, tùm interpretandæ Sacræ Theologiæ; dum paulò attentius euoluebam primarios huius almæ ſcientiæ Auctores, facile quidem perſpexi, & re ipſa comperi, Alexandrum de Ales inter alios Scholaſticos Doctores præclariſſimum eſſe,

celebertimumq;. ita ut nomen Doctoris irrefragabilis meritò sibi vendicauerit, ac etiam aliorum Theologorum Dux, & Magister iure fuerit appellatus. Itaq; rectè nobis licet asseuerare, eum esse inter alios tanquam intellectum agentem in rationali anima, quo duce, aliæ potentiæ intellectus mirabiliter sua munera, operationesq; exercent: ita etiam concludere possumus Alexandri doctrinam esse lucidum lumen, quo rectissimè quidem arcana mysteria fidei nostræ vera intelligentia, & ratione comprehenduntur. Et idcircò non est mirum, si maiores nostri tantùm profecerunt in hac diuina scientia, & potissimum D. Bonauentura, cum tali, ac tanto vsi sint Magistro. Nos autem vix possumus (vt dici solet) in primum corticem, nedum in medullas intimas penetrare, eo quod illius doctrinam sectari nescio quo pacto despicimus, qui alijs se præbuit auctorem, principem, & ducem. Ne igitur hæc doctrina adeò copiosa, vtilis, ac frugifera in tenebris amplius quodammodo iaceat, sed potiùs in lucem prodire possit, Postquam non omnibus licet ad magnam illam Alexandri Summam adire, non alienum esse duxi, si ego pro captu virium mearum in hanc breuem Summulam redigere conarer quicquid in illo maiore opere longo ordine extat, eo sanè consilio, vt vnicuique suppeditet idonea facultas, per quam commodè, paruoq; sumptu possit amplecti, secta-

ri,

ri, colere, & ediſcere doctrinam huiuſce Doctoris nunquam ſatis laudati. Cum igitur hæc ita collegerim, & collecta ad communem omnium vtilitatem diuulgare ſtatuerim, equidem volui hæc omnia tui nominis ſplendore inſignita in lucem proferre, tùm quòd à primis annis iam te mihi patronum in omnibus rebus meis cooptaui, tùm etiam quòd hæc omnia ad te quammaxime pertinere videntur, qui in quolibet ſcientiarum genere, ſed potiſſimum in Sacra Theologia ita excellis, vt homines, & demirentur, & obſtupeſcant, quo nam modo fieri poſſit, vt ipſe in tàm magno æſtu negociorum, atq; in regendis populis ſemper ferè occupatus, tamen ita calleas diuinam Theologiam, vt nunquam non ad hæc ſtudia te incumbere affirmari quidem poſſit. Sed minimè mirum id videri debet, tu enim tantus Princeps, Religioniq; Chriſtianæ maxime addictus non ſolùm ſpectas ad hanc præſentem vitam, quæ cito abit, ſed ad illam aſpiras æternam, quæ potiſſimum, Theologia duce comparatur. Accipe igitur libenti animo, ſerenaq; fronte hoc meum qualecunque eſt opuſculum tibi dicatum. Nam licet admodum ſit exile, minimèq; fortaſſe videatur illius perſonæ, quam ſuſtines, dignitatem, ac ſplendorem æquare; tamen leto vultu, quæ tua eſt erga omnes benignitas, illud excipere ne graueris. is enim tu es, qui dantis animum, non autem quæ dantur

intue-

intueri prudenter soles. me igitur iam diu sub tua fide, clientelaq; viuentem tuendum, ac protegendum suscipias velim. & ego interim Deum Optimum Maximum prçcari non desistam, vti, quæ tibi placuerint, ea ipse approbet, beneq; euenire sinat.
Viue, valeq; ò & præsidium, & dulce decus meum.

DRVSIVS SIMONCELLVS
PRAECEPTOR, ET MODERATOR SEMINARII VRBINATENSIS.
PROSPERO VRBANO.

EXASTICON.

Amplius antiquus consistat carmine nullus,
Musaq; nec reliquis cantet amica decus
Prosperus, hoc nostro laudetur carmine, qui stat,
Nunc decus, & Patriæ gloria celsa suæ
Serta chorus fratrum Francisci florea condat,
Exornetq; tuum Prospere quisq; caput.

EIVSDEM EXASTICON.

PRospere, te Vrbinum, docto lætetur alumno
Atq; petat longus, sydera clara, labor
Principe stat tanto dignum, sudore reuisum,
Et magnum, Princeps magnus, habebit opus
Hæc domino præbent se, credas, munera grata,
Quæ verus mittis subditus ipse tuo.

EIVSDEM DISTICON.

PRospera cuncta tuis sic dentur Prospere factis.
Vt tua dulce canit, fistula sacra canens.

SEBASTIANI MACCHII DVRANTINI IN OPERIS AVCTOREM.

CARMEN.

PRosperus Vrbinas, Vrbano sanguine cretus,
Franciscanus honos, & honos, & gloria patrum,
Qui ingenio, & studijs diuina oracula pandunt,
Sustulit ingenteis, nunquam requietus, & expers
Et somni, atq; oci, pro religione labores;
Et reserauit opes diuinæ mentis, & altis
Implicitus curis cœlesti exarsit amore;
Fontibus hinc breuibus, valdèq; nitentibus amplũ
Clausit Alexandri Oceanũ, immensũq; pfundũ.
Vnde animum, gressùsq; tuos sub talibus ausis
Perfice, qui obseruas tanti miracula patris;
Et pete, Nestoreos traducat Prosperus annos,
Edat vt ingenij quæ oracula texuit, atq;
Ingenijs prosit, quantùm prodesse laborat.

NOs Frater Franciscus Pontilus de Sancto Angelo in pontano, Artium, & Sacræ Theologiæ Doctor, Almæ Prouinciæ Marchiæ cum plenitudine potestatis Generalis Commissarius Ord. Min. Con. Admodum Reuerendo Patri Magistro Prospero Vrbano de Vrbino in Gymnasio florentissimo Vrbini Conuentus Regenti meritissimo, huiusce nostræ tempestatis Artium, ac Sacræ Theologiæ Doctori celeberrimo salutem.

Cum Christianæ Religioni omnibus modis vsq; ad vltimam sanguinis guttam iuuare teneamur, teq; promptum pro Sanctissimæ Ecclesiæ propagationem cognouerimus, quantùmq; splendoris, ac ornamenti præclaris tuis virtutibus extiteris, tùm legendo Vrbini, Bononiæ, alijsq; Italiæ partibus, tùm prædicando, disputando, hæresesq; extirpando dum Sanctissimo Officio Inquisitionis Senarum præesses, quæ de re si studij tui egregia opera litteris mandaueris per maximum iuuamen, cum viuentibus hominibus, tùm nascituris afferes, cum sint singulari eruditione, ac pietate plena; Hinc est, quod multoties Prælati nostræ Seraphicæ Religionis te rogarunt, vt quam citius in lucem ea mandares, Scientes quantùm vtilitatis futura essent. Nunc ego te hortor, atq; rogo in Domino, vt opera tua quæ intitulantur, ac inscribitur, Summula Resolutionum Alexandri de Ales

Doctoris irrefragabilis in lucem prodeas, omni quo nobis licuerit obsequio, ea prosequi cupientes harum serie tibi concedimus facultatem quantum ad nos spectat (post ipsius correctionem, ac Sanctissimæ Inquisitionis potestatem) typis mandare valeas. Datum Vrbini Idibus Iunij 1623.

Loco ✠ *Sigilli.*

Fr. Franc. Pont. Gen. Commiss.

EGo Frater Augustinus de Romano Subalpinus Ordinis Fratrum Prædicatorum Sancti Dominici de Vrbino Lector Theologus; iussu Illustris, & admodum Reuer. Domini Marcelli Paduani Vicarij Generalis in spiritualibus eiusdem Ciuitatis, vidi, legi, & examinaui opus hoc, quod Summula Resolutionum Alexandri de Ales inscribitur, Auctore admodum Reuer. Patre Fratre Prospero Vrbano Vrbinate Ordinis Minorum Conuentualium Sacræ Theologiæ Egregio Doctore. In quo quidem multarum vigiliarum opere nihil bonis moribus, aut fidei Catholicæ repugnãs, minimeuè consentiens inueni, quin potius quantùm est omni ex parte conformem prædictis Summis præfati Sapientissimi Viri, & de Thesauro diuitiarum sua-

** rum

rum ordinatè, ac fideliter collectum esse testificor, vtpotè eorum continens compendium, quæ ab eodem Alexandro fusè libris quatuor de Quæstionibus Theologicis disputantur, quibus item singulis præfixi sunt tituli. Quapropter Summula appellatur; dignissima tamen, vt ab omnibus legatur, & ad vtilitatem publicam prælo mandetur. Dignissimus Auctor, vt ei de tam pio, & Sancto labore gratias ingentes habeamus. In quorum fidem præsentibus subscripsi, Die 4. Iunij 1603.

Idem qui supra Frater Augustinus Lector.

EGo Paulus Biacchinus Vrbinas Sacræ Theologiæ Doctor, ab Illustri, ac admodum R. D. Marcello Paduano Vicario Vrbini Generali ad infra specialiter deputatus vidi Summulam Resolutionum Alexãdri de Ales Auctore Viro Doctissimo Magistro Prospero Vrbano de Vrbino, eamq; diligenter consideraui, & in omnibus nostræ Catholicæ fidei conformem reperij.

Idem Paulus Biacchinus qui supra.

Atten-

A Ttenta relatione supradictorum virorum à nobis ad hoc specialiter deputatorum videlicet, Illustris, & Admodum Reuerendi Domini Pauli Biacchini, & Magistri Augustini de Romano Sacræ Theologiæ Doctorum, & plenam notitiam habentes de doctrina zelo, & Religione doctissimi præsentis operis inuentoris, concedimus, & mandamus imprimi in Ciuitate Vrbini &c.

Datum in Archiepiscopali nostro Palatio, die sexta Mensis Iunij. Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi. Millesimo Sexcentesimo Tertio.

Mar. Pad. Generalis Vic.

INDEX QVAESTIONVM QVÆ IN SINGVLIS HVIVS OPERIS PARTIBVS TRACTANTVR.

Numerus prior quęstionem, secundus paginã indicat.

De doctrina Theologiæ. quæstio 1. pag. 1
De cognitione Dei. q. 2 p. 2
De essentialitate diuinæ substantiæ. q. 3 4
De incommutabilitate diuinæ essentiæ. q. 4 4
De simplicitate diuinæ essentiæ. q. 5 5
De immensitate diuinæ essentiæ in se. q 6 5
De immensitate diuinæ essentiæ quantùm ad incomprehensibilitatem. q. 7 6
De immensitate diuinæ essentiæ quantùm ad circumscriptibilitatem. q. 8. 6
De locatione diuinæ essentiæ. q. 9 6
De existentia diuinæ essentiæ in rebus. q. 10 7
De speciali existentia diuinæ essentiæ in rebus per inhabitantem gratiam. q. 11 8
De immensitate Dei quò ad æternitatem. q. 12 9
De vnitate diuinæ essentiæ generaliter. q. 13 10
De vnitate diuinæ essentiæ specialiter. q. 14 11
De veritate diuina q. 15 12
De falsitate. q. 16 13
De bonitate diuina, seu increata. q. 17 14

a De

De bonitate creata. q. 18 15
De oppositione mali ad bonum. q. 19 16
De diuina potentia. q. 20 17
De conditionibus potentiæ. q. 21 18
De deriuatione potentiarum, creaturarum à potentia prima. q. 22 19
De scientia Dei, *q. 23* 20
De præscientia Dei. *q. 24* 22
De dispositione diuina. q. 25 23
De diuina prouidentia. q. 26 24
De fato. q. 27 25
De prædestinatione. q. 28 27
De reprobatione. q. 29 29
De diuina electione. q. 30 30
De dilectione Dei *ad creaturas in generali. q. 31* 30
De dilectione Dei *respectu creaturæ rationalis. q. 32* 31
De libro vitę. q. 33 32
De intentione diuinæ voluntatis. q. 34 33
De causalitate diuinę voluntatis. q. 35 33
De differentijs voluntatis diuinę. q. 36 34
De signis voluntatis diuinę. q. 37 34
De permissione diuinę voluntatis. q. 38 35
De impletione diuinę voluntatis per opera misericordię, & iustitię. q. 39 35
De subiectis diuinę voluntati. q. 40 36
De conformatione humanę voluntatis ad diuinā. q. 41 36
De diuina generatione. q. 42 37

De

De processione Spiritus Sancti. q. 43 38
De vnitate diuinarum personarum. q. 44 39
De numero diuinarum personarum. q. 45 39
De ordine diuinarum personarum. q. 45 40
De æqualitate diuinarum personarum. q. 47 42
De diuinis nominibus in generali. q. 48 42
De diuinis nominibus in speciali. q. 49 44
De nomine operationis, videlicet de hoc nomine Deus. *q. 50* 45
De nominibus priuatiuis secundum affirmationem, & negationem. q. 51 47
De nominibus consequentibus naturam. q. 52 47
De nominibus essentialibus connotantibus respectum creatoris ad creaturas. q. 53 48
De nominibus designantibus respectum personæ ad personam. q. 54 49
De nominibus symbolicis. q. 55 51
De nominibus personalibus. q. 56 52
De hoc nomine subsistentia. q. 57 53
De hoc nomine hypostasis. q. 58 54
De hoc nomine Pater. q. 59 54
De hoc nomine Filius. q. 60 55
De nomine filij, quod dicitur imago. q. 61 56
De nomine filij, quod dicitur verbum. q. 62 57
De hoc nomine Spiritus Sanctus. q. 63 58
De hoc nomine donum. q. 64 58
De nominibus disiunctiuis. q. 65 59

De nominibus collectiuis. q. 63. 62
De nominibus appropriatis. q. 67 61
De nominibus notionalibus. q. 68 63
De nominibus notionalibus in speciali, & primo de innascibilitate. q. 69 63
De principio, & notionibus non connotantibus effectum in creatura. q. 70 66
De missione communiter dicta. q. 71 67
De missione actiuè dicta. q. 72 68
De missione inuisibili passiuè dicta. q. 73 68
De missione visibili passiuè dicta. q. 74 70

INDEX QVÆSTIONVM.

SECVNDAE PARTIS.

De prima causa, siue de primo principio. q. 1 71
De rationibus causarum in generali. q. 2 72
De causa exemplari. q. 3 72
De causa finali. q. 4 73
De causa efficiente. q. 5 73
De causa prima in actu. q. 6 74
De proprietatibus creaturarum in comparatione ad causam. q. 7 74
De vestigio. q. 8 75
De creatione passiua. q. 9 76
De substantia creaturę secundum se. q. 10 77

De mul-

De multitudine creaturarum. q. 11 77
De simplicitate, & compositione creaturarum. q. 12 78
De mutabilitate creaturarum. q. 13 78
De aeternitate mundi. q. 14 79
De localitate creaturę. q. 15 79
De pulchritudine vniuersi. q. 16 80
De ordine vniuersi. q. 17 81
De perfectione creaturarum in vniuerso q. 18 81
De Angelis quò ad fieri. q. 19 82
De Angelis quò ad substantiam. q. 20 82
De potentia, & actibus Angelorum in genere. q. 21 83
De potentia cognitiua Angelorum. q. 22 84
De modis cognoscendi Angelorum. q. 23 84
De differentijs cognoscibilium ab Angelo. q. 24 85
De prouidentia Angelorum. q. 25 85
De quibusdam archanis cognoscibilibus ab Angelis. q. 26 86
De locutione Angelorum. q. 27 87
De synderesi, & voluntate Angelorum. q. 28 88
De libero arbitrio Angelorum. q. 29 89
De naturali dilectione Angelorum. q. 30 90
De dilectione electiua Angelorum. q. 31 91
De localitate Angelorum. q. 32 91
De motu Angelorum. q. 33 92
De motu Angelorum cum corporibus assumptis. q. 34 92
De actibus Angelorum in corpore assumpto. q. 35 93
De missione Angelorum. q. 36 93
De prę-

De pręsidentia Angelorum inter se. q. 37 94
De reuelatione Angelorum. q. 38 94
De pręsidentia Angelorum super animas. q. 39 95
De pręsidentia Angelorum respectu potentię intellectiuę cognitiuę. q. 40 95
De custodia Angelorum. q. 41 96
De miraculis, & mirabilibus. q. 42 97
De pręstigijs, & miraculis magorum. q. 43 98
De creatione substantiarum corporalium in communi. questio 44 99
De creatione rerum corporalium in speciali. q. 45 100
De distinctione, & ornatu rerum in communi. q. 46 101
De opere primę diei, quod est de Cælo Empyreo. q. 47 102
De luce temporali coadunata. q. 48 102
De luce spirituali, quę dicitur Angelica intelligentia. q. 49 103
De opere secundę diei. q. 50 103
De opere tertię diei. q. 51 104
De opere quartę diei de ornatu Cæli. q. 52 104
De opere quintę diei. q. 53 105
De homine. q. 54 106
De opere sextę diei. q. 55 106
De opere septimę diei. q. 56 107
De opere multiplicationis. q. 57 108
De Paradiso terrestri. q. 58 108
De entitate, & quiditate animę. q. 59 110

De

De causa materiali animę. q. 60 110

De causa formali, efficienti, & finali animę. q. 61 110

De anima in se. q. 62 111

De anima in comparatione ad corpus. q. 63 112

De modo essendi animę rationalis in corpore. q. 64 112

De viribus ipsius in communi. q. 65 113

De viribus eiusdem in speciali, & primò de virtute animali exteriori. q. 66 113

De virtute sensibili interiori respectu sensibilium. q. 67 114

De viribus animę motiuis, & primò de sensualitate. q. 68 115

De vi cognitiua rationali. q. 69 115

De actu virtutis intellectiuę, siue de sensu interiori. q. 70 116

De vi rationali motiua. q. 71 117

De libero arbitrio hominis. q. 72 117

De Synderesi. q. 73 119

De conscientia. q. 74 120

De causis corporis humani q 75 120

De causa formali corporis humani, siue Adę. q. 76 120

De causa materiali corporis humani. q. 77 121

De causa finali corporis humani. q. 78 121

De corpore humano. q. 79 122

De veritate corporis humani. q. 80 123

De dignitate corporis humani. q. 81 123

De animalitate humani corporis. q. 82 124

De tempore creationis corporis primi hominis. q.83 125
De loco corporis primi hominis. q 84 125
De conditionibus mulieris, siue Euæ. q.85 125
De passibilitate naturæ humanę. q. 86 127
De vita. q 87 127
De mortalitate primi hominis. q.88 129
De modo propagandi prolem in primo statu. q.89 130
De prole propagata. q. 90 130
De gratia primorum parentum. q. 91 131
De scientia, & cognitione Adæ. q. 92 133
De dominio præsidentię primi hominis. q. 93 134
De malo culpę. q. 94 134
De effectibus mali culpę. q. 95 136
De diuisionibus mali culpę, q. 96 137
De peccato in genere. q. 97 139
De peccato Luciferi. q. 98 139
De peccato minorum Angelorum. q 99 141
De pœna Dæmonum. q. 100 142
De tentatione Dęmonum in generali. q. 101 144
De demerito Diaboli. q. 102 146
De tentatione primorum parentum. q. 103 147
De peccato primorum parentum. q. 104 148
De pœnis peccati primorum parentum. q. 105 149
De peccato originali. q. 106 150
De peccato actuali in communi. q. 107 152
De peccato veniali in communi. q. 108 153
De primis motibus. q. 109 154

De ocio. q. 110 155
De peccato mortali in genere. q. 111 155
De delicto in communi. q. 112 156
De ignorantia. q. 113 157
De omissione. q. 114 158
De negligentia. q. 115 158
De commissione. q. 116 159
De peccato cogitationis. q. 117 160
De iudicio suspicionis. q. 118 160
De iudicio præsumptionis, vel vsurpato. quæstio 119 161
De acceptione personarum. q. 120 163
De peccato consensus. q. 121 164
De peccato taciturnitatis. q. 122 169
De mendacio. q. 123 169
De peccato contentionis. q. 124 172
De scurrilitate, & turpiloquio. q. 125 173
De multiloquio. q. 126 173
De iactantia. q. 127 174
De adulatione. q. 128 174
De contumelia, siue conuitio. q. 129 175
De detractione. q. 130 176
De maledictione. q. 131 177
De blasphemia. q. 132 178
De risu, & ludo. q. 133 178
De derisione. q. 134 179
De ornatu vestium. q. 135 179

De numero peccatorum mortalium. quæstio 136 *pag.* 180
De *superbia. q* 137 180
De *inani gloria. q.*138 182
De *inuidia. q.*139 183
De *ira. q* 140 184
De *accidia q.*141 185
De *auaritia. q.* 142 186
De *gula. q* 143 186
De *luxuria, q.* 144 183
De *filiabus peccatorum mortalium. q.* 145 189
De *altera peccati diuisione. q.* 146 190
De *fornicatione. q.* 147 191
De *peccatis coniugum. q.*148 191
De *stupro. q.* 149 192
De *raptu. q.*150 192
De *incestu. q.* 151 192
De *Sacrilegio. q.* 152 193
De *peccato contra naturam. q.*153 193
De *peccato ex ignorantia. q.*154 194
De *peccato in Spiritum Sanctum. q.* 155 194
De *desperatione. q.*156 195
De *diuisione peccati per timorem malè humiliantem, & per amorem male accendentem. quæstio* 157 196
De *diuisione peccati, quæ est aliud ex concupiscentia carnis, aliud ex concupiscentia oculo-*

rum

rum, & aliptis ex superbia vitæ. questio 158 pag. 197
De idolatria. q. 159 198
Si Iudai, & Gentiles sint cum ritu suo tollerandi. q 160 199
De conuersatione Christianorum cum Iudais, & Paganis. q. 161 200
De heresi. q. 162 200
De schismate. q. 163 201
De apostasia. q. 164 202
De diuinatione. q. 165 202
De sortilegio. q. 166 203
De hypocrisi. q. 167 204
De Simonia. q. 168 205
De Sacrilegio. q. 169 205
De scandalo. q. 170 206

INDEX QVÆSTIONVM TERTIAE PARTIS.

De necessitate incarnationis. questio prima pag. 209
De conuenientia Incarnationis Christi. questio 2 210

De pra-

De prædestinatione Incarnationis Christi, quæstio 3 212
De assumptione humanæ naturæ. q.4 213
De coassumptis humanæ naturæ. q.5 213
De unione incarnationis. q.6 215
De Conceptione Christi. q.7 216
De Sanctitate Conceptionis Christi. q.8 217
De Natiuitate Christi. q.9 218
De gratia Christi in generali, & speciali, quæstio 10 219
De scientia Christi. q.11 221
De potentia Christi. q.12 221
De voluntate Christi. q.13 221
De Oratione Christi. q.14 222
De merito Christi. q.15 222
De passione Christi. q.16 223
De morte Christi. q.17 225
De Resurrectione Christi. q.18 226
De Transfiguratione Christi. q.19 227
De [illegible] resurrectionis Christi. q.20 228
De Ascensione Christi. q.21 229
De sessione Christi ad dexteram Patris. q.22 230
De aduentu Christi ad iudicium. q.23 230
De [illegible] q.24 231
De lege naturali. q.25 233
De [illegible] 234
De primo præcepto decalogi. q.27 236

s **

De se-

De secundo præcepto. q. 28 — 237
De tertio præcepto decalogi. q. 29 — 239
De quarto præcepto decalogi. q. 30 — 240
De quinto præcepto. q. 31 — 242
De sexto præcepto. q. 32 — 243
De septimo præcepto. q. 33 — 244
De octauo præcepto. q. 34 — 245
De vltimis præceptis. q. 35 — 245
De præceptis iudicialibus. q. 36 — 246
De persona Rei. q. 37 — 247
De persona accusatoris. q. 38 — 248
De Testibus. q. 39 — 249
De Aduocatis. q. 40 — 249
De processu Iudicis. q. 41 — 250
De legibus permissionis. q. 42 — 251
De lege punitionis. q. 43 — 252
De Præceptis iudicialibus. q. 44 — 254
An liceat thesaurizare. q. 45 — 255
De negotiatione. q. 46 — 255
De decimis. q. 47 — 256
De primitijs. q. 48 — 258
De oblationibus. q. 49 — 258
De præceptis ceremonialibus in generali. q. 50 — 258
De numero cerimonialium. q. 51 — 259
De lege Euangelica in generali. q. 52 — 261
De lege Euangelica in speciali. q. 53 — 262
De præceptis iuris rationalis. q. 54 — 263

De pra.

De præceptis intentionis. q. 55 265
De gratia in communi. q. 56 266
De gratia in comparatione ad dona, & virtutes. q. 57 269
De gratia gratis data. q. 58 269
De fide informi. q. 59 270
De spe informi. q. 60 271
De timore seruili. q. 61 271
De gratia sermonis. q. 62 272
De fide formata. q. 63 272
De Articulis, & Symbolis. q. 64 274

INDEX

QVÆSTIONVM

QVARTAE PARTIS.

DE *Sacramentis in genere*, quæstio prima. pag. 277
De Sacramentis legis naturę. q. 2 280
De Sacramentis legis Moysi in generali. q. 3 pag. 283
De Circuncisione. q. 4 285
De Sacramentis Legis Euangelicæ in genere. q. 5 288
De Baptismo Ioannis. q. 6 291

De Exer.

De Exorcismo, & Catechismo. q. 7 293
De *Sacramento Baptismi. q. 8* 294
De *Potestate Baptizandi. q. 9* 299
De *Charactere. q. 10* 302
De *effectu Baptismi. q. 11* 303
De *Sacramento confirmationis. q. 12* 305
De *Sacramento Eucharistię. q. 13* 307
De *materia Eucharistiæ. q. 14* 309
De *forma Eucharistiæ. q. 15* 309
De Sacramento Eucharistiæ. q. 16 311
De *Pœnitentię virtute. q. 17* 316
De *pœnitentiæ gratia. q. 18* 318
De *Pœnitentia Sacramento in generali. quæstio 19* 319
De *partibus Sacramenti pœnitentiæ. quæstio 20 pag.* 323
De Contritione. q. 21 323
De *obiecto contritionis. q. 22* 325
De *effectu contritionis. q. 23* 326
De contritione quantùm ad ordinem. quæstio 24 327
De *confessione in comparatione ad confitentem. q. 25* 328
De *institutione confessionis. q. 26* 329
De *confessione in comparatione ad absoluentem. q. 27* 332
De *Sigillo Confessionis. q. 28* 333

De cla-

De clauibus Ecclesiæ. *q*. 29 333
De Excommunicatione. *q*. 30 336
De Indulgentijs, & *de Relaxationibus*. *quæstio* 31 337
De *satisfactione in generali*. *q*. 32 339
De *Ablatorum restitutione*. *q*. 33 340
De *satisfactione in speciali*. *q*. 34 341
De *Oratione*. *q*. 35 341
De *modo orandi*. *q*. 36 342
De *Mortificatione carnis*. *q*. 37 345
De *ieiunio satisfactionis parte*. *q*. 38 346
De *Eleemosyna satisfactionis parte*. *q*. 39 351
De *mendicatione pauperum voluntariorum*. *quæstio* 40 352
De *distributione Eleemosynæ*, *quibus*, & *à quibus*, &c. *q*. 41 354
De *necessitate distribuendi eleemosynas*. *q*. 42 356
De *vtilitate eleemosynæ in charitate*, & *de bonis circunstantijs facta*. *q* 43 356

FINIS.

INDEX ALPHABETICVS RERVM MAGIS INSIGNIVM, QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR.

A

Angeli quò ad fieri. pag. 82
Angeli quò ad substantiam. pag. 82
Angelorũ potẽtia, & actus. 83
Angelorũ cognitiua pot. 84
angelorũ modi cognoscẽdi. 84
Angeli cognoscibilium differentia. 85
Angelorũ prouidentia. 85
Angelorum quò ad cognoscibilia. 86
Angelorum locutio. 87
Angelorum motus in corporibus assumptis. 92
Angelorum actus in corpore assumpto. 93
Animæ causa materialis. 110
Animæ aliæ causæ. 110
Anima in se. 111
Anima in comparatione ad corpus. 111
Animę modus essẽdi in corpore. 112
Animę vires in cõmuni. 113
Animæ vires in speciali. 113
Actus virtutis intellectiuę. 116
Adulatio. 174
Accidia. 185
Angelorum reuelatio 94
Actus spirituales. 165
Auaritia. 186
Apostasia. 202
Aduocati. 249
Adulterium. 191

B

Bonitas diuina. 14
Bonitas creata. 15
Blasphemia. 178
Baptismus Ioannis. 291
Baptismi Sacramentum. 294
Baptizandi potestas. 299
Baptismi effectus. 303

C

Cognitio Dei. 8
Circuncisio. 285
Cãlitas diuinę volũtatis. 33
Causa prima 71
Causarũ rõnes in generali. 72

Causa exemplaris. 72
Causa finalis 73
Causa efficiens. 73
Causa prima in actu. 74
Christi conceptio. 216
Christi natiuitas. 218
Christi gratia in generali, & speciali. 219
Christi scientia. 221
Christi potentia. 221
Christi voluntas. 222
Christi oratio. 222
Christi meritum. 222
Christi passio. 223
Christi mors. 225
Christi resurrectio. 226
Christi transfiguratio. 227
Christi Ascensio. 229
Christi sessio ad dexteram. 230
Xpi aduētus ad iudicium. 230
Christianorū conuersatio cū iudæis, & paganis. 200
Creatio passiua. 76
Conformatio humanæ volūtatis ad diuinam. 36
Censura de mendacijs. 170
Creaturę substantia in se. 77
Creaturarum multitudo. 77
Creaturarum compositio, & simplicitas. 78
Creaturarum mutabilitas. 78
Creaturæ localitas. 79
Cōfessio quò ad absoluētē. 331
Confessionis institutio. 329
Cōfessio quò ad cōfitētē. 328
Contritionis effectus. 326
Contritionis ordo. 327
Cōfirmationis Sacramētū. 305
Custodia Angelorum. 96
Conscientia. 120
Commissio. 159
Cogitationis peccatum. 160
Consensus peccatum. 164
Contumelia. 175
Coniugum peccatum. 191
Ceremonialium numerus. 259
Character. 302
Contritio. 323
Contritionis obiectum.
Cōceptio Sāctissima Xpi. 217
Circuncisio. 285
Confessionis sigillum.

D

Dispositio diuina. 23
Dilectio Dei ad creaturas in generali. 30
Dilectio Dei respectu creaturæ rationalis. 31
Dilectio nālis Angelorum. 90
Dilectio electiua Angelorū. 91
Donum. 58
Dominium præsidentiæ primi hominis. 134
Diuisiones mali culpæ. 137
Dęmonum pœna. 142
Dęmonū tētatio in gnāli. 144
Demeritum Diaboli. 146
Delictum in communi. 156
Detractio. 176
Derisio. 179
Diuisio altera peccati. 190
Demiratio.
Diuisiō peccatorum per timorem, & amorem. 196
Decalogi præceptum primū 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10. pag.

pag. 236. vsq; ad 245
Decimæ. 254
Distinctio,& rerū ornatū. 101
Desperatio. 195
Diuinatio. 202
Diuisio ex cōcupiscētia carnis oculorum, & ex superbia vitæ. 197

E

Essentialitas diuinæ substantiæ. 4
Exorcismus,& catechism⁹. 293
Existentia diuinę essentię in rebus. 7
Existentia specialis diuinæ essentiæ in rebus per inhabitantem gratiam. 8
Electio diuina. 30
Euæ corporis cōditiones. 125
Effectus mali culpæ. 136
Eucharistiæ Sacramētum in generali. 307
Eucharistiæ materia. 309
Eucharistiæ forma. 309
Eucharistię Sacramentum in speciali. 311
Ecclesiæ claues. 333
Excommunicatio. 336
Eleemosyna. 351
Eleemosynæ distributio. 354
Eleemosynæ necessitas distribuendi. 356
Eleemosynæ vtilitas. 356
Ebrietas. 187

F

Falsitas. 13
Fatum. 26
Filiæ peccatorū mortaliū. 189
Fornicatio. 191
Fides informis. 270
Fides formata. 272
Filius. 55

G

Generatio diuina 37
Gratia primorum parentum. 131
Gratia in communi. 266
Gratia in comparatione ad dona, & virtutes. 269
Gratia gratis data. 269
Gratia sermonis. 242
Gratia pœnitentiæ. 318
Gloria inanis. 182
Gula. 186
Gentiles, & Iudæi si tollerandi. 199

H

Hypostasis. 54
Homo 106
Hominis liberum arbitriū. 117
Humani corporis causa materialis. 121
Humani corporis causa formalis. 120
Humani corporis causa finalis. 122
Humani corporis causæ. 120
Humanum corpus. 122
Humani corporis veritas. 123
Humani corporis dignitas. 123
Humani corporis animalitas. 124.
Humanæ naturæ passibilitas. 127
Hæresis. 200
Hypocrisis. 204

Humanæ naturæ assumptio. pag. 213
Humanæ naturæ coassumptis. 213

I

INcommutabilitas Dei. 4
Immensitas Dei in se. 5
Immensitas Dei quantùm ad incomprehensibilitatem. 6
Immensitas Dei quantùm ad circumscriptibilitatem. 6
Immēsitas Dei quò ad æternitatem. 9
Intētio diuinę voluntatis. 33
Ignorantia. 157
Impletio diuinæ voluntatis per opera misericordiæ, & iustitiæ. 35
Iactantia. 174
Inuidia. 183
Ira. 184
Incestus. 195
Idolatria. 198
Incarnationis necessitas. 209
Incarnationis conuenientia pag. 210
Iudicialia præcepta. 246
Iudicis processus. 250
Intentionis pręcepta. 265
Indulgentiæ. 337
Ieiunium. 346
Iudiciū præsumptionis. 161

L

LOcatio diuinę essentiæ. 6
Localitas Angelorum. 91
Liber vitæ. 31
Liberū arbitriū Angelorū. 89
Lux corporalis coadunata. 102
Lux spiritualis. 103
Locus corporis primi hominis. 125
Luciferi peccatum. 139
Luxuria. 188
Lex æterna. 231
Lex naturalis. 233
Lex Moysi in generali. 234
Lex permissionis. 251
Lex punitionis. 252
Lex Euāgelica in generali. 261
Lex Euāgelica in speciali. 262
Legis Moysi Sacramenta in generali. 283
Legis Euangelicæ Sacramēta in genere. 288

M

MIssio cōmuniter dicta. 67
Missio actiuè dicta. 68
Missio inuisibilis passiuè dicta. 68
Missio visibilis passiuè dicta. 70
Mundi æternitas. 79
Motus Angelorum. 92
Motus Angelorum in corporibus assumptis. 92
Mortificatio carnis. 345
Mendicatio pauperum. 352
Miracula, mirabilia. 97
Mortalitas primi hominis. 129
Modus propagandi prolē. 130
Missio Angelorum. 93
Malum culpæ. 134
Minorū Angelorū peccatū. 141
Motus primi. 154
Mendacium. 169
Multiloquium. 173
Maledictio. 177

No-

N

NOmen filij, ideſt imago. 56
Nomina diuina gñali. 41
Nomina diuina in ſpeciali. 44
Nomen Deus 45
Nomina priuatiua. 47
Nomina cõſequẽtia naturã. 47
Nomina eſſentialia. 48
Nomina deſignãtia reſpectũ perſonæ ad perſonã. 49
Nomina ſymbolica. 51
Nomina perſonalia. 52
Nomina diſiunctiua. 59
Negociatio. 255
Nomina collectiua. 60
Nomina appropriata. 61
Nomina notionalia in ſpãli. 65
Nomen filij quod dicitur verbum. 57
Negligentia. 158
Numerus peccatorũ mortalium. 180
Nomina notionalia. 63

O

OBiectum contritionis. 325
Ornatus Cœli. 104
Ocium. 155
Oppoſitio mali ad bonum. 16
Ornatus, & diſtinctio rerũ in communi. 101
Opus primæ diei, & aliorum 102. vſq; ad 107.
Operum multiplicatio. 108
Originale peccatum. 150
Ommiſſio. 158
Ornatus veſtium. 179
Oblationes. 258
Oratio. 341
Orandi modus. 342

P

POtentia diuina. 17
Potentiæ conditiones. 18
Potẽtiarũ deriuãtiũ creaturarũ à potẽtia prima. 19
Præſcientia Dei. 22
Prouidentia diuina. 24
Prædeſtinatio. 27
Perſonarũ diuinarũ vnitas. 39
pſonarũ diuinarũ numerus. 39
Perſonarũ diuinarũ ordo. 40
Perplexitates caſuũ in actibus corporalibus. 166
pſonarũ diuinarũ ęqualitas. 42
Pater. 54
Proprietates creaturarũ in comparatione ad cauſam. 74
pſidentia Angelorũ inter ſe. 94
Præſidentia Angelorum ſuper animas. 95
Præſidentia Angelorũ reſpectu intellectiuę, & intellectione. 95
pſtigia, & miracula magorũ. 98
Paradiſus Terreſtris. 108
Prolis propagata. 130
Peccatum in genere. 139
Peccatũ primorũ parentũ. 148
Pœnæ peccati primorũ parentum. 149
Peccatũ actuale in cõmuni. 152
Peccatũ mortale in genere. 155
Perſonarum acceptio. 103
Peccatum contentionis. 172
Peccatum contra naturã. 193
Peccatum ex ignorantia. 194

Pec-

Peccatū in Spiritū Sanctū. 194
Peccatum taciturnitatis. 169
Principium, & notiones nō connotantes effectum in creatura. 66
Partes sacramēti pęnitētię 323
Pauperum mendicatio. 352
Prędestinatio īcarnationis. 212
Persona Rei. 247
Persona accusatoris. 248
Primitiæ. 258
Præcepta ceremonialia. 258
Pœnitentia Sacramentum in generali. 319
Partes pœnitentiæ. 323

Q

Quiditas, & entitas animæ. 110

R

Reprobatio 29
Risus, & ludus. 178
Raptus. 192
Resurrectionis Christi argumenta. 228
Rationalis iuris præcepta. 263
Restitutio ablatorum. 340

S

Simplicitas diuinæ essentiæ. 5
Scientia Dei. 20
Spiritus Sancti processio. 38
Subsistentia nomine. 53
Sacramenta legis Moysi in generali. 283
Species mendacij. 171
Spes informis. 271
Spiritus Sancti nomen. 58
Synderesis, & voluntas Angelorum. 88
Substātiarū creatio in cōi. 92
Substantiarū creatio in speciali. 100
Synderesis. 119
Sigillum confessionis. 333
Scientia Adæ. 133
Suspicionis iudicium. 160
Superbia. 180
Stuprum. 192
Sacrilegium. 193 & 205
Schisma. 201
Sortilegium. 203
Simonia. 205
Scandalum. 206
Simboli articuli. 274
Sacramenta in generali. 277
Sacramēta legis naturæ. 280
Satisfactio in generali. 339
Satisfactio in speciali. 341

T

Timor seruilis. 271
Theologiæ doctrina. 1
Tēpus creationis primi hominis. 125
Tentatio primorū parētū. 147
Turpiloquiū, & scurilitas. 173
Testes. 249
Thesaurizare si licet. 255

V

Vnitas diuinæ essentiæ generaliter. 10
Vnitas diuinæ essentiæ specialiter. 11
Veritas diuina. 12
Voluntatis diuinæ differentiæ. 34
Voluntatis diuinæ signa. 34
Voluntatis diuinæ permissio. 35

Volun-

Voluntatis diuinæ subiectum. 36
Vestigium. 75
Vniuersi pulchritudo. 80
Vniuersi ordo. 81
Vniuersi creaturarum perfectio. 81
Virtus animæ sensibilis interior. 114
Vires animæ motiuæ. 115
Vis cognitiua rationalis. 119
Vis rationalis motiua. 117
Vita. 127
Veniale peccatum in communi. 153
Vnio incarnationis. 215
Virtus pœnitentiæ. 316
Veritas diuinarũ personarũ. 39

Y

Ydolatria. 159

FINIS.

ADMONITIO IN ERRATA AD LECTOREM.

Frater Andræas Barionus de Amandula.

CVm authoris iussu (alijs lucubrationibus Typis pariter prodendis studentis) meum fuerit impressionis errores obseruare, atq; corrigere, post multos, in primæua impressione acoommodatos, hos reperi hoc opus legendo, & perlegendo, quos hic apponere studui (ne negligens habear) cæteros verò ad latinam orthographiam pertinentes

nentes, interpunctionum scilicet, litterarum maiorum pro minoribus, minorum pro maioribus, accentuum, spirituum, diphtongorum, & demum vniuscuiusq; litterulæ, quoquo modo immutatæ, ac impressionis defectu non impressæ (vt sæpè peccatum est) legentem retardare, nec sensum alterare valentes, tuo iudicio derelinqui, vtq; faciliter errata inuenies, duos numeros, primum paginam, alterum lineam significātes, apposui; & si quid boni in hoc opere feci, Deo feci; si verò mali, vt homo feci. Vale.

Pag.	l.			Pag.	l.		
5	10	sit,	est	115	3	hominibus	oībus
22	2	equum	equm	123	8	affirmari	affismare
29	21	propriæ, voluntariæ,	propriè, voluntariè	146	4	malè	malæ
39	15	de veritate,	& vnitate	155	12	vt quæ	vtq;
56	3	quo	quod	158	7	se comitari	cōcomitari
64	19	adiactiue	adiectiuè	163	3	in iustitia	iniustitia
71	12	sic antè	non sic antè	171	10	præsius	præscius
71	16	vlterius	alterius	174	6	multi'oq,	multiloqj
74	7	Spiritus	spiritui	211	19	cuin(q;	eiusq;
77	19	mareria	materia	213	13	eumonius	eumomius
78	18	vlterius	alterius	218	10	per eo	pro eo
84	3	cœuns	coeuus	228	20	inuentū	in vētrē
84	20	modus	modis	231	23	mutabilitate	mutabilitatem
98	13	q luberet	quę luberet	236	13	Adoranti creatoris est	Adorātis creaturæ est
100	24	bonitatē	bonitas	284	10	inseruēdi	instruēdi
239	24	mortalia	moralia	286	21	damnabūt	damnabāt
231	14	potuerūt	poterunt	304	27	aqua	à qua
239	18	analogicū	anagogicū	305	24	cōformare	cōfirmare
242	24	ineuitabili	īeuitabilis	308	19	cffectus	effectus
247	16	deliquens	delinquēs	318	8	quacunq;	quęcunq;
255	10	terræ	terram	321	1	speciale	spirituale
258	7	primitia	primitiæ	335	16	inarbitrarius sit,	an arbitrarius sit
260	3	adq;	ad quæ				
267	14	gratiam	gratia				
267	20	respiciant	respiciat	335	5	Impetrātia	impetrātis
270	23	veritatē	veritatū	347	27	Iterpellatū	iterpollatū
272	14	sensilis	seruilis	355	23	neuisq;	neutiquam

SVMMVLA RESOLVTIONVM PRIMÆ PARTIS ALEXANDRI DE ALES.

QVÆSTIO PRIMA.

De doctrina Theologiæ.

DOCTRINA Sacræ ſcripturæ, vel Theologię, ſapientia magis quàm ſcientia eſt dicenda, Quæ cùm diuinitus ſit nobis reuelata, & non humanitus inuenta, nequaquā inter alias ſcientias connumerari debet; Cuius materia, ſeu ſubiectum, diuerſa ratione opera reparationis, Chriſtus, Deus, vel diuina eſſentia ſtatui poſſunt; Modusq; Theologiæ artificialis quidem, & ſcientialis eſt, ſed longè aliàs quàm in ſcientijs humanis; Et certior eſt certitudine experientiæ ſecundùm affectum, at in alijs ſcientijs certior certitudine ſpeculationis ſecūdùm intellectum; Qui modus & oratione efficientis, finis, ac materiæ multifor-

mis esse debuit; cuius modus siue intellectus quadruplex est, historicus, allegoricus, moralis, vel tropologicus, & anagogicus; & si quis alius sit, ad aliquem istorum reducendus est; sensusq; litteralis semper supra verum fundatur, siue dicti, siue signati.

QVÆSTIO II.

De cognitione Dei.

DEus animæ humanæ cognoscibilis est, at non natura, sed voluntate; Ac priuatiuè quidem in sua immensitate à rationali creatura cognosci potest Deus, sed non positiuè; Trinitasq; diuinarum personarum per propria earundem nullatenus lumine naturali solo, absque aliquo gratiæ adminiculo cognosci potest, sed benè per earum appropriata; ac pro præsenti statu Deus cognoscibilis est facie ad faciem, accipiendo facie ad faciem pro præsentia ejus per gratiã, tamen, & per gloriam, & in præsenti vita Deum per naturam videre in sua specie est impossibile, & sicut est: possibile tamen est per gratiam perfectam, veruntamen, longè minus, quàm in patria; & per naturam Deum præsentem esse rebus cognosci potest: at per gratiam eisdem adesse minimè; cum gratia in sola stet diuinæ voluntatis acceptione; qui à naturali potentia absque gratia superaddita quò ad quia est, cognosci potest, sed non quò ad quid est, & nedum à bonis,

verùm

verum etiam à malis cognoſcibilis eſt Deus, cum hac tamen differentia, quia à malis quantum ad quia eſt, à bonis autem quantum ad quia eſt, & quid eſt, & ſolum ratione, cum expers ſit omnis materialitatis ad ſenſuum, tàm exteriorum, quàm interiorum concurrentis cognitionem; & ſi nomen rationis communiter accipiatur non ſolum intelligentia, verum etiam ratione cognoſcetur, ſecus ſi preſſius; Adam verò in ſtatu naturæ inſtitutæ Deum non in ſe, ſed per creaturas vidit, at longe clarius, quàm modo in ſtatu naturæ deſtitutæ; in quo ſtatu perſpicacius cognouit Deum Adam per rationem, quantum ad intellectus comprehenſionem, nunc autem perſpicacius cognoſcitur per fidem quantum ad ſenſum guſtus; in hoc autem ſtatu ſe ipſo nullatenus videri poteſt Deus, ſed vt videatur ſemper medium aliquod exigitur: & in creaturis tanquam in medio Deum homo perſpicit; per fidem autem cognitio, tum viſio, tum ſcientia, dici poteſt, ſi communiter illa, ſecus ſi proprie; illa verò quæ fidei ſunt, probare ratione non inconuenit; vt quæ credimus non irrationabiliter credere cenſeamur, vt ſimplicium fides magis promoueatur, & vt inſipientium temeritas compeſcatur; ſi autem quæratur, num Deus certius cognoſcatur per rationes naturales, quàm creaturæ, dicatur quod creatura certitudine ſenſus, & quo ad habitum acquiſitum per viam ſenſus, certius quidem cognoſcitur, quàm Deus, at

verò hic, certitudine habitus innati infusiuè longe clarius, quàm illa cognoscitur.

QVÆSTIO III.
De essentialitate diuinæ substantiæ.

DEum esse, vtcunquè cogimur fateri; & ita à natura eum esse, nobis inditum est, vt nisi propria malitia obcæcati fuerimus, illum non esse, vix cogitare possimus, saltem in ratione communi; & cum solus ipse principio, & fine careat, nec nisi semper, & vbique totus concipi possit, solus non esse cogitari non potest; cætera verò, cum, vel initium, vel terminum habeant, sintq; alicubi per partes, & quidem.

QVÆSTIO IIII.
De incommutabilitate diuinæ essentiæ.

CVm simplici diuinitatis naturæ nihil accidens esse queat; ita mutatio omnis detrahatur, vt si qua appareat, non ei, sed creaturæ prorsus adscribenda sit; ideo cum Deus sit ipsummet esse, nullo pacto, nec transmutationi, nec vicissitudini subiectus est censendus, aliter tamen de creaturis opinari oportet, cum ex nihilo omnino sint; & quia teste propheta, veterascentibus, & cæteris pereuntibus solus Deus idem ipse semper est, solus vtique, & omnimodè tum per se, tum

tum per accidens immutabilis credendus est.

QVÆSTIO V.
De simplicitate diuinæ essentiæ.

QVia Deus à nullo dependet, nullius indiget, nec intelligi potest non esse: omnino simplex est; & quamuis in diuinis sint tres personæ, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus; quia tamen vnica est essentia, summa simplicitas ibi est credenda; & quia multa alia à Deo, quamuis composita non sint, sunt tamen componibilia, solus autem Deus nec compositus sit, nec componibilis: ideo solus summe simplex dicendus est.

QVÆSTIO VI.
De immensitate diuinæ essentiæ in se.

CVm diuina essentia terminet, & finiat vniuersa, ipsa autem à nullo finiatur, aut terminetur, nec nata sit finiri: iure infinita affirmāda est; & Deus solus essentia infinitus est, & si quid aliud præter Deum infinitum esse videatur, vt gratia Christi, id solùm virtute est infinitum dicendum, tum influendi, tum satisfaciēdi; quia in infinitum influere potest in membra Ecclesiæ, & in infinitum pro totius mūdi peccatis, immò & millium satisfacere.

QVAE-

QVÆSTIO VII.

De immensitate diuinæ essentiæ quantum ad incomprehensibilitatem.

DEus, essentiaq; diuina apprehendi potest à creatura, at minimè comprehendi; quæ æquè omnibus videnda se offert, at ij, quidem clarius vident, hi verò obscurius secũdum quod aliter & aliter dispositi sunt.

QVÆSTIO VIII.

De immensitate diuinæ essentiæ quantum ad circumscriptibilitatem.

QVia Deus nec tempore, nec loco, nec intelligentia comprehendi potest rectè incircumscriptibilis dicendus est; simpliciterq; solus Deus incircumscriptibilis est, at secundum quid nihil prohibet, & creaturas quasdam tales esse.

QVÆSTIO IX.

De locatione diuinæ essentiæ.

DEus ita est in loco, vt omnia loca sua virtute repleat, non autem vt materialiter à loco contineatur; & ita est in loco, & in omni loco, sicut anima in corpore, & in qualibet parte corporis; & proprie lo-

loquendò non idem sunt Deum esse vbiq; , in omni loco , & in omni re ; & secundum habitum , siue aptitudinem , verùm est dicere ab æterno Deus est , semper & vbiquè , at secundùm actum nequaquam ; & quamuis vbiquè esse quodammodo , & secundùm quid creaturæ competat , solus tamen Deus vbiq; esse dicendus est , cum nusquam absit , nec contineatur ab his , quibus adest , sed in se ipso sit .

QVÆSTIO X.

De existentia diuinæ essentiæ in rebus.

DEus est in rebus non tamen inclusus , & extra res non tamen exclusus ; vt quæ ex sacris litteris constat , atquè ex his , quæ in Deo sunt apparet , firmiter credendum est Deum esse in omnibus rebus præsentialiter , potentialiter , & essentialiter ; & si qui alij modi existendi Deum in rebus reperiuntur , ad tres dictos , tanquam ad genericos reducuntur ; at sicut in Deo differunt essentia , virtus , & operatio ; ita præsentialiter , potentialiter , & essentialiter creaturis inesse , distinguuntur in eodem , & licet duobus primis modis creaturas Deo quodammodo inesse asserere possimus , minimè tamen tertio modo , siquidem ad esse Creatoris creatura non requiratur , sed benè e conuerso ; & hæc se , dictis tribus modis æquè , & vniformiter se habet Deus vniuersis , difformiter autem , & inæqualiter secundùm

eundùm quod magis vel minùs à creaturis participatur.

QVÆSTIO XI.

De speciali existentia diuinæ essentiæ in rebus per inhabitantem gratiam.

QVia gratia creata, anima actu fit imago, & Dei similitudo, cui dubium quod quid positiuum in anima dicat, cum inhabitare ex vna parte dicat statum, cùm Sacramentum ex altera dicat transitum, vel viam ad statum, erit quidem Deus in Sacramentis per gratiam, & profectò specialiori modo, quàm alibi, non tamen ibi inhabitabit; & cùm caro de se non sit ordinata ad gloriam, nisi per vnionem ad animam, per quam etiam possibilitatem habet ad incorruptionem, propterea, nec ante animam habitabit Deus in ea per gratiam; de qua lege communi, & per gratiam Sacramentalem nulli Deus inhabitat ante natiuitatem, an verò ex dono peculiari, at per gratiam spiritus, cùm liber sit, potest quidem, & iam in aliquibus opere adimpleuit; In paruulis autem inhabitat Deus per gratiam, iustiq; ab illo probantur, non quidem iustitia, ad quam sponte aliquid cooperati sint, cùm vsu liberi arbitrij caruerint, sed quàm in eis gratis operatur Dominus virtute Baptismi, sicuti nec antea coram illo iniusti apparebant iniustitia propria, sed iniustitia ex alieno demerito, idest primorum parentum; Et cum gratia gratis

tis data tantum hominem disponat, vt sit Templum Dei, nec id sufficiat per ipsam, minime dicendum est Deum inhabitare.

QVÆSTIO XII.

De immensitate Dei quò ad æternitatem.

NOmine, & re, sempiternitas ab æternitate differt; Aeternitasq; nec vniuoce, neque æquiuoce, sed analogice dicitur, primum de Deo, postea de Angelis, deinde de Hominibus, postremo de tempore; Quę secundum rem nil aliud est, quàm diuturnitas in scientia principij, finis, & mutabilitatis; Secundum verò deffinitionem optime à Boetio declarata fuit, dicente esse interminabilem vitę simul, totamq; perfectam possessionem; Et vt ibidem intuentibus liquidò apparebit, quàm plurimis rationibus Dei æternitas comprobatur; Nec quicquam æternitati commensurabile datur; Nec variabilis est; Quarè, & subiecto vna esse dicitur, tamen quandoq; plures, quia plura in se complectitur sæcula, Soliq; Deo conuenit æternum esse, id est principio, & fine carere: obmutescant igitur ponentes mundi æternitatem; Quis de æuo proprie loquendo, prout importat mensuram rei habentis principiũ, fineq; carentis, ab æternitate, & tempore differre neget? De quo dicendum est, quod sicuti est vna æternitas, ita & vnum æuum, in quo primo, ac principali-

ter est influentia virtutis, durationis illius; Et in se simplex est, sicut ęuiternum cuius mensura est, licet respectu æternitatis increatæ videatur compositum esse; Temporeq; prius esse affirmandum est; At secundum rem, inter tempus, & æuum nulla est mensura media, licet sit secundum rationem; Nec proprie, & verè est vnum nunc, trium scilicet, Dei, Angeli, & Motus, sed Deus est in nunc æternitatis, Angelus in nunc æuí, motus in nunc temporis, nec nunc vnius est, nunc alterius, nisi ex consequenti; & cum nulla, nec temporis, nec loci, sed sola æternitatis lege cogatur Deus, quantumuis sæcula in se transeant, quia sibi veluti æterno non transeunt, totus, vbiq;, & semper est.

QVÆSTIO XIII.
De vnitate diuinæ essentiæ generaliter.

CVm vnum sit vna ex primis impressionibus entis, quibus nihil est prius in notitia, rectius explicari non potuit, quàm per indiuisionem, vti per abnegationem, & per diuisionem, vti per effectum consequentem, vt per hæc posteriora in cognoscenda illa priora commodè duceremur; Vnum, Ens, verum, & Bonum, haud idem sunt, sed ita differunt, vt Ens sit primum intelligibile; Vnum, bonum, & verum sint eius determinationes; Pluresq; vnius, vel vnitatis, tàm à Sacris, quàm à profanis circumferuntur differentiæ,

quarum

quarum numerum, vel ſufficientiam illinc faciliter colligere poteris, ſi rerum vnitatem ſecundum fluxum à Deo cauſa in reductione ad eiuſdem vnitatem, & impropriarum naturarum diſcretione conſiderabis; Et nullo quatuor Ariſtotelicarum oppoſitionum genere opponuntur vnum, & multa, ſed quodam alio, quod diſparatio nominatur, tametſi etiam relatiuè opponi ſubſtineri poſſit.

QVÆSTIO XIV.

De vnitate diuinæ eſſentiæ ſpecialiter.

SEcluſa qualibet imperfectione, immò omni perfectione incluſa, diuinam eſſentiam ita vnicam fatemur, vt eadem manens, ac in pluribus perſonis, non multiplicata, nec de illis tantum, ſed totum eſſe illarum plurium dicat; Et ſi qua pluralitas in diuinis ponenda ſit ea perſonarum erit, haud naturarum; Nec dari poſſunt aliquo pacto duo æquè, ac ſummè diuerſa bona, rerum principia, ſiquidem vnum ab alteró deficeret, & ſic neutrum perfectum bonum eſſet; Quicquid ergo dicant Manichęi, vnicum eſt omnium bonorum, & malorum principium, licet diuerſimodè; Et in diuina eſſentia licet ydeæ ſint multæ ratione, re tamen vna; Nec propter perſonarum plurificationem dicendum eſt diuinam eſſentiam plurificari; Nec perſona ab eſſentia, nec notiones à perſonis, re, in diui-

nis distinguuntur, sed solum ratione, & ordine naturæ, idq; propter summam simplicitatem, qua vniuersa ibidem identificantur; Et vnitas diuinę essentiæ maior est qualibet alia vnitate, cum tot personis, notionibusuè impartibiliter se communicet; Quæ vnitas tam incomponentibus, quàm compositis repræsentatur, diuersimode tamen in illis, táquam in simplicioribus, & in istis, velut imperfectioribus; Ac pro eo, quod vnitas diuina, vnitas simplex est, & virtualis, virtualiter, in hac, & in illa vnitate existens, idest vniuersalis, & particularis, sic in vnitate vniuersalis, magis repræsentatur, pro eo autem quod vnitas completa, & perfecta est, cum vniuersale deficiat à perfectione particularis, vt sic per vnitatem particularis magis exprimitur; Et quæcunque alia vnitas à prima, vnitatem primam subterfugere nequaquam potest.

QVÆSTIO XV.
De veritate diuina.

SI datur esse, & verum conuertibile cum ipso esse, necessario datur; Et licet secundum rem coincidant in idem, ens, verum, vnum, & bonum, intentione tamen verè differunt, quia ens, absolutam naturam importat, reliqua autem tria ad ipsum, pro cuiuscunque conditione attributionem habent; Et quáuis à diuersis diuersæ assignatæ fuerint veritatis definitiones,

tiones, inspecta tamen ipsiusmet veritatis natura, vel virtute, vniuersas rite assignatas esse comperiemus; Cumq; multiplex veritas sit, ac multipliciter, vbi ipsa sit respondere poterimus; Et illa veritas intelligibilis dicta, quæ idem est, quod diuina veritas, vnica prorsus est, illa autem, quæ in diuisio dicitur multiplex, iuxta multiplicitatem essentiæ verorum; Ac in veritatibus tandem deueniendum est ad vnam primam, & summam, quam solam ab æterno dicimus; Quare si quæ aliæ veritates ab æterno esse dicuntur, non nisi in relatione ad illam æternam; Veritasq; prima simpliciter immutabilis est, at veritates secundæ ad aliud, & aliud relatæ, tum mutabiles, tum immutabiles sunt, & à prima omnes aliæ sunt.

QVÆSTIO XVI.

De falsitate.

Sicut veritas in tribus est, in re, vt in causa, in anima, sicut in subiecto, in voce, tanquam in signo, ita & falsitas eius oppositum; Quæ non est in sensu particulari, vel exteriori, sed in communi, & interiori, ita nec in intellectu, nisi per accidens, & indirecte ex rectitudine veritatis; Nec in similitudine tantum, vel dissimilitudine falsitas est, sed in similitudine, & dissimilitudine; Nec nisi in vero sustentari potest; Et cum falsitas defectum semper dicat, quid si veritati,

&etiam

& etiam primæ, vti priuationem habitui, oppositam affirmabimus?

QVÆSTIO XVII.

De bonitate diuina, seu increata.

RE, bonum, & ens idem sunt, ratione tamen differunt, quia ens dicit esse absolutum, bonum autem conditionatum sub intentione completi, & appetibilis; Bonum insuper honestum idem est, vtique quod pulcrum, ac vtile minime; Et si finis sapit rationem optimi, & optimum ipsum viceuersa finis rationem sapiat, necdum huius, sed corollariè efficientis, & formæ; Bonumq; per essentiam, quod summum bonum dicitur, idem est in omnibus bonis, at bonum per participationem diuersum; Et boni secundum quod absolutè, vel in respectu consideratur, diuersæ possunt assignari differentiæ; Nec bonum æquè dicitur de omnibus bonis, sed per se & prius de Deo, at per posterius, & ex consequenti de creaturis; Et quãuis in eligendo bonum aberrare possimus, in appetendo tamen illud, omnes conuenimus, & quasi natura compellimur, quapropter inferre possumus notitiam, & appetitum summi boni, naturaliter nobis insertã fore; Nec quispiam dicere audeat summum bonum ad bonum simpliciter, re, aliquid addere, sed solum ratione; Sicuti omnes firmiter fateri tenentur, omnia,

& vni-

& vniuersa ex diuina bonitate fluxisse, fluereq; , quoniam veluti sapientia attribuitur intellectui, ita bonitas voluntati, qua merè, libere, & contingenter, teste propheta operatus est, & operatur Deus circa creaturas quæcunq; voluit in Cœlo, in Terra, & in Abyssis.

QVÆSTIO XVIII.

De bonitate creata.

SI species, modus, & ordo pręssius accipiantur, sic tantum in creatura rationali reperiuntur, si verò cõmunius, in alijs etiam creaturis, Neq; ita essentialia sunt dicta tria, vt res inesse constituant, sed quia necessario referunt res ad causas, ex quibus illæ sunt; Et cum dicta tria in nobis sint, vt vestigium trinitatis supernè, præcipuèq; respiciant vnitatem essentiæ, secundum variam illius vestigij assignationem, varie & illa assignari poterunt; Et rei omni creatæ, vti creatæ insunt, & eadem sunt dicta tria, etiam voluntati humanæ, velut natura quædam est, tametsi in quantum voluntas est, diuersa, & alia sint; Ac penes dicta attenditur bonum in Creatore, & creaturis, quia bonum increatum dicitur, ex quo omnia, in quo omnia, & ad quod omnia, bonumq; pariter creatum, quod à bono, in bonum, & ad bonum, in quibus tribus relucent, species, modus, & ordo, tametsi in primis per ordinem; Et vnumquodq; in quantum est, quia à bono est,

no eſt, dependetq; bonum eſt; Ac omnia, quæ bona ſunt, participatione bona ſunt, excepta prima bonitate, quæ eſt per eſſentiam bona; Et bonum, quod immutabile dicitur ſecundùm eſſe, & ſecundùm vſum, in creaturis minimè datur, ſed tantum ſecundum alterum dictorum; Cumq; duplex ſit malum, culpæ, ſcilicet, & pœnæ, ita & duplex bonum, ideſt creatum, & increatum, neutrum illorum in quantum tale; cauſa effectiua primi eſſe poteſt, niſi creatum in quantum deficiens; at ſecundi, cum iuſti rationem ſapiat, nil prohibet, vt Deus eius cauſa ſit; Et ſi quæ mala Deus in vniuerſo permittit; hoc non niſi in maiorem bonorum vtilitatem, & commendationem; Et quamuis malum in ſe inordinatum ſit, vniuerſo tamen ordini eſt, tùm quia eius actores ad pœnam ordinantur, tùm quia Deus optimus maximus ex talibus ſemper bonum aliquod eligere conſueuit; Quærenti autem ſi vniuerſitas melior eſſet, ſi omnia æqualiter bona eſſent, proculdubio, vbi ordinata Dei potentia.

QVÆSTIO XIX.

De oppoſitione mali ad bonum.

SVmmo bono in ſe aliquod malum aduerſari non poteſt, ſed in ſuo effectu; Malum culpæ bono gratiæ, & malum pœnæ bono naturæ, proprie, & per ſe, è regione reſpondent, tum contrarie, tum priuati-

uè, tum mixtim, iuxta multiplicem eorum considerationem; Malumq; non in bono, sed in substantia liberi arbitrij, veluti in subiecto subsistit; Et licet actus attingendi bonum gratuitum finitus sit, ita vt quandoq; deficiat, desinatuè, habilitas tamen, & possibilitas ad attingendum, infinita est, adeò vt manente subiecto, impossibile sit ipsam non manere, aut desinere esse; Et earum habilitatum corruptiuum est malum, quæ mediæ sunt inter potentiam, & habitus naturales, scilicet, modi, speciei, & ordinis; Ac sicut gratia tria nunc dicta stabilit, ita malum eius oppositum eandem corrumpit; Corruptioq; vel diminutio modi, speciei, & ordinis, est ab vno malo secũdum auersionem, & conuersionem, à tribus iuxta tres potentias auertibiles, & conuertibiles: Longèq; minus veniale malum, quàm mortale corrumpit, siquidem illud infirmari quoquomodo facit, & mortale, mox mortem deducit.

QVÆSTIO XX.

De diuina potentia.

REmota à potentia imperfectione quacũque, Deo prorsus quàm maxime conuenit; In quo analogice dicitur; Cuius potentiæ intentio dupliciter terminari potest, idest per temporale, & æternum, vt sunt creandi potentia, intelligendiuè, cum determina-

tur per æternum, nihil cõnotatur creatura; cum verò per temporale, ens possibile cõnotatur; Respectuq; actuum ad intra prior est potẽtiæ intentio, quàm scientiæ, secus in actuum relatione ad extra; sic pariter si proprie sumatur illius intentio arctior est huius intentione; Et diuersimodè loquendo, potentiæ, voluntatisq; intentio se habent, vt prius, & posterius, & tanquam excedentia, & excessa.

QVÆSTIO XXI.

De conditionibus potentiæ.

ITa Deus potens est, vt ea tantum verè, & per se possit, quæ perfectæ potentiæ sunt, non quæ infirmitatis, aut defectus, nisi metaforice, effectiuè, permissiuè, & ordinatiuè; Qui ideò omnipotens dicitur, quoniam omnia potest, & omnino potest, quæ posse potentiæ est; Et æquè conuenit tribus personis, quæ ex nihilo cuncta crearunt, tametsi patri approprietur; Talisq; omnipotentia de nihilo creare potest, solius Dei proprie est, at omnipotentia improprie dicta, cuius est omnia mira facere posse, creaturæ etiam attribui posset, in primis tamen Christo, neq; diuinæ potentiæ terminus est præfixus; Nihilq; Dei potentiam æquabit, non tempus, non locus, nec quicquam aliud; Et potuit, & potest Deus res meliores facere, sed ipsemet res non possunt in se meliores fieri; Ita & meliori

liori modo facere potuit ipse, sed rès nōn potuere; Ita in se, & absolutè potuit esse melior, ac conuenientior modus, hominem reparandi, & respectu sanandæ infirmitatis, & redemptionis operandæ nequaquam; Adamq; pro vt statui, & vniuerso conueniebat, optimus creatus fuit; Christusq; vt creatura melior fieri nequiuit; Et quamuis, vt creatura virgo melior fieri potuerit, non tamen quantum ad gratiam sibi collatam, & maternitatis priuilegium; De hac insuper & illa vniuersitate loquendo admitti quodammodo potest, quod melior fieri potuerit, verùm de vniuersitate simpliciter, & absolutè nequidem; Et quod semel potuit Deus, potest semper in habitu, tamen non in actu; Ac vniuersa potest, quæ non implicant, nec imperfectionem in ipso ponunt, Deumq; posse impossibile per accidens, sustinere à pietate alienum non est.

QVÆSTIO XXII.

De deriuatione potentiarum, creaturarum à potentia prima.

Remota à potentia passiua omni indigentia, & habita ad eius capacitatem ratione, à Deo illam esse, & in eo exemplar habere tutò, affirmare poterimus; Ita, & quamlibet potentiam agendi, in quantum talis, minimè autem vti istius, & illius deformitatis

operatiuam; Et etiam dominandi potestatem ab eo, velut à conferente, at dominium, seruitusq; in effectu sunt à peccato, sicut à demerente; Angelumq; Angelo præeminere in naturalibus, non tamen coercere, quemadmodum etiam hominibus infuisset, nisi peccatum intercidisset; Et ita dominatur homo animantibus brutis, vt ad ipsius intuitum paueant, & fugiant illa, non quia ab eo regantur, pro hoc enim Angelis debent quodcunque debent; Si autem corporea incorporeis præsidiant quæratur, negatiuè decernimus; Dicentes tamen Demones, atq; Angelos, tametsi alio, atq; alio modo super substantiam corporalem potestatem habere; Id tamen in homines possunt, quod cęlitus accipiunt, non sic est de Christo homine, cuius pedibus longe, latèq; omnia subiecta facta sunt.

QVÆSTIO XXIII.

De scientia Dei, &c.

SCientiæ nomen in diuinis, diuinam essentiam significat, non vt essentiam, sed vt habitum, ita vt dicamus, quòd diuina scientia dicit similitudinem speculatiuam ad res quidem in habitu; ad se autem in actu; Nec aliunde, sed in se nouit, noscitq; Deus vniuersa; Omniaq; noscit Deus per causam, & si non omnia in ratione causæ; Et cum omnia in se cognoscat, qui

vnus

vnus est, omnia vno cognoscere dicendus est; Et si per idęam, ac exemplar idem intelligatur, quod diuina essentia, vti ars, secundum quam vniuersa existentia formata sunt; Deum per idęam intelligere, affirmare valebimus, secus si per illa quid differens ab ista intelligatur; Existentium insuper, & non existentium, non magis in propria natura, quam in propria causa, videlicet in se ipso est diuina scientia; Qui cum infinita operari possit, infinita eius scientia erit, sed si, vt causa disponens intelligatur, cum finitè disponat, finita intelligetur; Simpliciq; notitia, bona, & mala cognoscit, prima vt approbanda, secunda vt reprobanda; Ita contingentia, & necessaria, at prima non nisi ex necessarijs; Et etiam enunciabilia, non quidem per medium enunciabilium, nec secundum quod sunt in natura propria, sed per modum rerum, de quibus sunt enunciabilia, & pro vt existunt in sua causa; Ac etiam singularia nō tamen ab ipsis adiutus, sed se ipso; Etiam opposita, sed absq; oppositione; Eademq; in Deo sunt, ratio, idęa, exemplar, & sapientia, re, sed differunt ratione; Et cum sapientia magis se teneat, ex parte Dei, qui vnus est, ita illa vna erit, quia autem ratio, & idea, plus se tenent ex parte rei cognitæ, plures illæ sunt, sicuti plures sunt res cognitæ; Ob idq; plures dicuntur rationes, & ideę, quia plures sunt formæ, & fines, sed non ita, vt ab eis esse, vnitatem, aut multitudinem accipiant; Dictum autem Beati Augustini

gustini asserentis, non eadem ratione conditum esse hominem, qua equum, verum est secundum rationem, nequaquam secundum rem; Ideo & vna lux, & vita omnia in Deo dicuntur, quia omnia illa communia sunt corporalibus, & spiritualibus, tametsi non eodem modo, at non sit essentia, ratio, & sapientia, cum solius Dei propria sint. Neq; propriè loquendo sequitur, omnia sunt in Deo, ergo omnia sunt in diuina essentia, quoniam licet dicatur Deus Abraham, non tamen diuina essentia Abraham; Et non nisi impropriè dici potest, omnes creaturas ab æterno esse cum Deo; Neq; negandum est Deum mala cognoscere, non quidem aliqua similitudine sui, sed potius dissimilitudine quadam ad bonum, Præterita etiam præsentialiter cognoscit, quoniam futurorum, præteritorumq; rationes apud eum præsentes sunt; Ita & in se omnia relucentia simul videt, & immutabiliter; Cuius scientia propriè augeri non potest, quamuis scita.

QVÆSTIO XXIV.

De præscientia Dei.

PRæscientia Dei non est absolutè eterna, sed in respectu ad temporale, quod quidem tertium, & nouum genus æternitatis est, scilicet, carens principio, & habens finem, alterum caret principio, & fine, vt Deus, tertium fine, sed non principio vt Angeli, &

animæ

animæ rationalis; Et cum præſcientia bipartiatur, ſcilicet,in approbatiuam, & ſimplicis notitiæ, prima rerum cauſa eſſe poteſt; ſecunda nequaquam; Neq; à rebus cauſatur, quoniam nullum temporale cauſa eſt æterni, & ideo quod futurum eſt, ſcientiæ, vel præſcientiæ Dei cauſa dici non poteſt, & quamuis Deus res infallibiliter præſciat in ſe tamen infallibiles illę nõ ſunt, quia infallibilitas hæc, pars ſcientiæ tantum eſt, haud etiam ex parte rei ſcitę; Ideò ſtat cum libertate arbitrij noſtri, ſiquidem non antecedentem, ſed conſequentem neceſſitatem ponit; Abſitq;, vt præſcientiam Dei falli poſſe credamus, non enim ipſa, ſed res falli videntur; Et non poteſt non præſcire, quod præſciuit, in ſenſu tamen compoſito veritatem habere videtur; Ac ſi quæ mutatio fit in hominibus, ex hominibus prouenit, & non ex Dei præſcientia, quæ immutabiliter apud ſe vniuerſa conſtituit, atq; præfixit.

QVÆSTIO XXV.

De diſpoſitione diuina.

SI diſpoſitionem, & conſilium in Deo poneremus, veluti in nobis, ideſt, vt conſiliaretur, quaſi ignoraret, & quaſi ſucceſſiuè in ſuis cogitationibus diſponeretur, cui dubium, quòd improbè ageremus? conſiliaretur enim, vt in ſcientia continuaretur, & res ipſas ſecundum ſuas excogitationes ſucçeſſiuè diſponeret;

ret; Et diuina diſpoſitio nil aliud eſt, quàm præſcientia fiendorum, vt fiant; Cumq; duplex malum ſit, id eſt, culpæ, & pœnæ, ſecundum Deus diſponere dicitur, quia ordinat, non quia excogitet, primum autem, quia excogitat, & ordinat; Et prout eſt Dei diſponentis, vel rei fiendæ, eſt æterna, vt autem rei factæ, vel in fieri, temporalis eſt; Nec quiſquam dubitet numerũ pondus, & menſuram, ſi attendantur penes cauſam formalem, exemplarem, dicere, quid increatum penes autem cauſam formalem, exemplatam, quid creatum; Dictaq; tria in rebus ſpiritualibus, & corporalibus, inuenies; verùm ibi virtutis, hic verò molis; Subſtantialiaq; ſunt, quibus inſunt, differentia tamen in hoc ad inuicem, quod menſura dicit formam in eſſe abſoluto, numerus in comparatione per differentiam, pondus, ſiue ordo in comparatione ſecundum conuenientiam.

QVÆSTIO XXVI.
De diuina prouidentia.

IAm, & ſi plurima in dies in mundo peruerſa videantur, vt facilè credatur, neminem eſſe, qui horum curam habeat, vniuerſa tamen non abſque recto Dei nutu accidere arbitrandum eſt, atq; in bonum ordinari, licet ad rimanda hæc occulta ipſius iudicia aditus nobis minimè pateat; Cuius prouidentiæ diuerſæ à

diuerſis

diuersis diuersæ dantur definitiones, præcipuèq; à patre Damasceno, omnibus tamen asserẽtibus illam propriè, & per se ad sapientiam, & bonitatem spectare; In habituq; æternam esse, in actu autem temporalem; Et vnam esse omnimoda simplicitate, quia continet species rerum fiendarum, vt causa; Ac in duplici genere causæ, causa est, scilicet exemplaris, & efficiens, primum, prout cognitionem importat, secũdum, prout illi cognitioni causalitatem superaddit; Sub qua non solum sunt bona, sed etiam mala, non in quãtum operata, sed permissa; Insuper, & casualia, nam quod causæ ad talium effectum confluant, ex illa est; Voluntatiorumq; non tamen sicut naturalium; Nobiliorum, & vilium peculiariter, tamen primorum; Et sicut repugnat creaturæ à Deo non esse, ita ab eo non regi, quare non potest Deus conferre creaturæ, vt se gubernet absque eo; Atq; se ipso cũctis prouidet Deus, quamuis executio huius prouidentiæ, vt plurimum per creaturas fit; Ac in bonorum emolumentum per malos etiam operatur Deus prouidentiam suam, de quo quid miramini? non ne his illos famulari decet? Et cum prouidentia semper bonum respiciat, sicut bonum multipliciter dicitur, ita, & prouidentia dicetur; Quæ si communiter sumatur, eius actus est, non solum prouidere, sed & esse, & præeminentiam dare, at si præcisius tantum regere; Necessitatemq; ordinis, rebus, post quam sunt, imponit; Quæ & si non ex-

 plicitè

plicitè ponatur fidei articulus, quia non oportuit, tamen implicitè in illis, ipsius credulitas includitur; Grauiusq; delinquunt curantem incusantes, quod mala iniustè euenire sinat, quàm qui Deum hæc vilia curare absolutè negant, idq; ratione contemptus ex eo, quod cognoscere potuerunt, & scire, sed noluerunt.

QVÆSTIO XXVII.
De fato.

SI fatum accipiatur pro vi astrorum, quandam necessitatem rebus inferioribus inducente, nihil est; secus, si pro dispositione, vel connexione relicta in rebus temporalibus à diuina prouidentia; Ac si propriè sumatur, quid creatum est; Cuius plures dantur definitiones, omnes tamen secundum diuersas comparationes admitti possunt, neque omnium est, quæ diuina prouidentia, sed eorum tantum, quæ Deus non se ipso solo, sed concursu causarum secundarum, etiam in esse producit; Et si fatum intelligatur simplex vis quædam positionis siderum, inferiora hæc omnia ipsi subiacent, si autem idem, quod violenta vis corporum cœlestium in hęc inferiora, prout intellexere Philosophi, omnino negandum est; Sicuti Christum subiectum fuisse fatali siderum positioni, cum nec conceptus, nec natus sit, secundum naturę ordinem, propterea quòd quæcunque per vitę curriculum pertulit non neces-

necessitate, sed mera voluntate, atq; dignatione pertulit; Et secundum quod de eo loquuntur Philosophi nusquam radicatur, secundum autem id, quod de ente habet, in astris radicari admittere possumus, modo nihil ineuitabilitatis includat respectu inferiorum; In actibus autem, qui in nostra potestate non sunt, & qui etiam nobis nolentibus accidunt, non stat fatum cum libertate arbitrij, in actibus verò voluntarijs interioribus, qui nullatenus impediri possunt, stant vtique simul illa, cum liberum arbitrium sit vna ex causis, secundum cuius ordinationem fati series ad suos currit effectus.

QVÆSTIO XXVIII.

De prædestinatione.

PRædestinatio semper est æterna, quia Dei ęternam dicit approbationem respectu boni, dilectio autem, & electio, tùm temporales, tùm ęternę, quia eandem dicunt approbationem, sed non determinatè, an scilicet ab ęterno, vel ex tempore, vocatio verò, & iustificatio solum ex tempore, quia illāmet approbationem determinant, respectu boni, quod ex tempore confertur; De qua prędestinatione cum quatuor assignentur definitiones, eas omnes ritè assignatas comperiemus, si illam in genere scientię approbationis, vel beneplaciti reponemus; Ex sententia enim patris Au-

gustini prępáratio est gratię in pręsenti; & gloriæ in futuro; Et est entis, & non entis, entis secundum quid, & in causa, non entis simpliciter, & in propria natura; Et non nisi electorum propriè esse potest, quia non absolutè voluntatem dicit, sed cum præscientia, quod scilicet gratia sunt benè vsuri; Quorum numerum Deus diffinitè nouit; Ac etiam participialiter est illorum, qui sunt in gloria, haud nominaliter, quoniam hoc vltimo modo importat præparationem gratiæ in præsenti, primo modo iam præteritę, & habitę; Ac nedum quantum ad principale significatum prædestinatio, nec reprobatio ex meritis est, sed quantum ad cōnotatum, vtraq; ex meritis esse dici potest, licet non eodem modo, principale enim sunt præscientia, & præparatio cōnotatum prędestinationis infusio gratiæ, quæ datur sine meritis, & gloriæ per merita, sed cōnotatum reprobationis sunt præsens iniquitas, & futura pœna; Quæ quantum ad collationem gratiæ ex alienis meritis iuuari potest, nullactenus verò quo ad gratiæ præparationem; Cumq; in Deo idem sint secundum rem, & quantum ad principale significatum, præscientia, & prædestinatio, tametsi differant secundum intelligentiæ rationem, vnum ratio, non causa alterius dici poterit; Atq; causa necessaria est, non contingens, cuius effectus probari potest, vel alia causa eget, vt in actum exeat, aut quæ de se mutabilis est; quibus modis non potest poni in Deo contingentia, vel

con-

contingens causalitas; In prædestinatoq;, nihil ponit secundum actum, sed tantum secundum habitum; Quem possibile est damnari in sensu diuiso loquendo, non in composito, vel vt verbis vtar præsentis doctoris, si intelligantur de supposito cum forma falsæ sunt, si verò de supposito tantum veræ sunt.

QVÆSTIO XXIX.

De reprobatione.

Reprobatio est scientia cum approbatione pœnæ, & detestatione iniquitatis; Et Deus, vel penitus non est causa subtractionis gratiæ, vel per accidens; scilicet cessando gratiam opponere, vel vt talis gratiæ subtractio pœnę rationem habet; Excecatioq; reprobationis effectus à Deo est, vt pronitatem dicit, non culpam, propter ipsam culpam iuste inflictam; Et obduratio idem est, quod reprobatio, cuius effectus est, prout illa, alio, & alio modo considerabitur; Quæ prout effectio voluntaria est, culpa est dicenda, at in quantum inuoluntaria, pœna, & per se emolitioni opponitur; Ac propriæ adultorum est, voluntariæ, diuinæ gratiæ resistentium, atq; in peccatis pertinaciter perseuerantium.

QVAE-

gustini preparatio est gratię in pręsenti; & gloriæ in futuro; Et est entis, & non entis, entis secundum quid, & in causa, non entis simpliciter, & in propria natura; Et nõn nisi electorum propriè esse potest, quia non absolutè voluntatem dicit, sed cum præscientia, quod scilicet gratia sunt benè vsuri; Quorum numerum Deus diffinitè nouit; Ac etiam participialiter est illorum, qui sunt in gloria, haud nominaliter, quoniam hoc vltimo modo importat præparationem gratiæ in præsenti, primo modo iam præteritę, & habitę; Ac nedum quantum ad principale significatum prædestinatio, nec reprobatio ex meritis est, sed quantum ad cõnotatum, vtraq; ex meritis esse dici potest, licet non eodem modo, principale enim sunt præscientia, & præparatio cõnotatum prędestinationis infusio gratiæ, quæ datur sine meritis, & gloriæ per merita, sed cõnotatum reprobationis sunt præsens iniquitas, & futura pœna; Quæ quantum ad collationem gratiæ ex alienis meritis iuuari potest, nullactenus verò quo ad gratiæ præparationem; Cumq; in Deo idem sint secundum rem, & quantum ad principale significatum, præscientia, & prædestinatio, tametsi differant secundum intelligentiæ rationem, vnum ratio, non causa alterius dici poterit; Atq; causa necessaria est, non contingens, cuius effectus probari potest, vel alia causa eget, vt in actum exeat, aut quæ de se mutabilis est, quibus modis non potest poni in Deo contingentia, vel

contingens causalitas; In prædestinatoq;, nihil ponit secundum actum, sed tantum secundum habitum; Quem possibile est damnari in sensu diuiso loquendo, non in composito, vel vt verbis vtar præsentis doctoris, si intelligantur de supposito cum forma falsæ sunt, si verò de supposito tantum veræ sunt.

QVÆSTIO XXIX.

De reprobatione.

Reprobatio est scientia cum approbatione pœnæ, & detestatione iniquitatis; Et Deus, vel penitus non est causa subtractionis gratiæ, vel per accidens; scilicet cessando gratiam opponere, vel vt talis gratiæ subtractio pœnę rationem habet; Excecatioq; reprobationis effectus à Deo est, vt pronitatem dicit, non culpam, propter ipsam culpam iuste inflictam; Et obduratio idem est, quod reprobatio, cuius effectus est, prout illa, alio, & alio modo considerabitur; Quæ prout effectio voluntaria est, culpa est dicenda, at in quantum inuoluntaria, pœna, & per se emolitioni opponitur; Ac propriæ adultorum est, voluntariæ, diuinæ gratiæ resistentium, atq; in peccatis pertinaciter perseuerantium.

QVAE-

QVÆSTIO XXX.

De diuina electione.

CAdit quidem in Deo electio, sed certa cognitione, non deliberatione pręcedente; Et ex parte nostra est ad faciendum fructum, & esse sanctum; Ex parte verò Dei, ad perfectam suæ bonitatis manifestationem; Ac secundum propositum diuinæ voluntatis; Atq; ex parte nostri, non potest dari aliqua causa, sed tantum electionis ratio, quæ est liberi arbitrij cooperatio, & electio prędestinationis prędestinatorum tantum, non reproborum est, siquidem illa sine perseuerantia, gratiaq; finali esse non potest, quę à pręscitis, vt talibus longè absunt.

QVÆSTIO XXXI.

De dilectione Dei ad creaturas in generali.

EAdem proculdubio est dilectio Dei respectu creaturę, & personarum ad inuicem, quo ad principale signatum, non tamen eadem, quo ad cõnotatum; Ac ex parte Dei diligentis summa est, ex parte verò creaturę dilectę, ne quidem; Qui nequaquam æquè diligit omnes creaturas, sed magis, ac magis prout meliores sunt in suo ordine, & gradu; Deumq; ab æterno creaturas dilexisse, nil aliud est dictu, quàm creaturas in se diligere, vel esse in creaturis, primo modo

modo ab æterno est, secundo modo in tempore, & cum tempore.

QVÆSTIO XXXII.

De dilectione Dei respectu creaturæ rationalis.

ACcuratè Deus, tàm naturam angelicam, quàm humanam inspectat, primam autem longe præstantiorem, ac Deo chariorē esse dicimus, at si intra huius naturę indiuidua indiuiduū Christi incluserimus, oppositum affirmabimus; Dubitanti autem, quē Deus inter omnes magis diligat, vel prędestinatum, qui nūc peccator est, vel pręscitum, qui nunc iustus est, occurras dicendo simpliciter prędestinatum magis, verum, vt nūc pręscitum iustum; Et cęteris paribus magis prędestinatos, qui semper steterunt, quàm qui quandoq; ceciderunt, & postea surrexerunt; Ac de cōgruo quantum ad effectus, tàm pręsentes, quàm futuros, necesse est Deum magis diligere, magis eum diligētes, quamuis simpliciter loquendo, nec maior, nec minor ponenda sit, sed omnibus æqua.

QVÆSTIO XXXIII.

De libro vitæ.

VT in hac materia ardua illa difficultas tollatur, an creatus sit, vel increatus, dicimus quod si dicatur

tur liber vitæ exemplar vitę, est quid increatum, at si exemplum, aut vitę signum, quid creatum; Et vna persona tantum, & tres simul, dici possunt liber vitę, primo modo, si quantum ad scriptionem cōsideretur, vt scilicet intelligatur notitia expressa ab alio, & sic soli filio appropriatur, at si quantum ad lectionem, vt scilicet dicatur notitia ad aliud expressa, & sic tota trinitas; Qui in diuinis translatiue dicitur, idest scriptura quędam ęterna, & interior, in qua Deus vti in speculo, per similitudinem repręsentatur, & in qua omnes formæ, rationes viuentes, & ęternę leguntur, qui ideò vitę liber, nec mortis, vel sapientię dicitur, quia in eo vita tantum scripta est, & legitur, neq; notitiam dicit nisi ad vitam ordinatam; Proprieq; non dicitur respectu Dei, sed creaturarum, cum non dicat nisi notitiā meritorum vitę ęternę, quàm non ex meritis ipse, sed se ipso habet. Et rationabilium solum est, cum ex sola, & in se vita qua libera viuant; veluti, & bonorum tantum, quandoquidem ipsi in Deo notitiam, & exemplar habent; In quo si scribuntur reprobi est secundum quid, pręsentemq; iustitiam, prędestinati autem simpliciter, & secundum pręscientiam; In quo, qui scriptus non est, nec vt ibi verè scribatur, facere potest, sed solum oppinatiuè; De quo quis deleri potest, quantum ad ordinem subiectum diuinæ præscientiæ licet oppositū tueri possit, at quo ad diuinę præscientiæ notitiam nequaquam; Et quamuis in se vnicus sit simplicis-

plicissimus, & vniformis, nihilominus in eo omnia distinctissime leguntur, quia multiplex est in virtute; Per quem librum si intelligatur diuina præsentia in ipso reprobi nullatenus legent, verum si Christus, vel diuina illa vis qua omnium facta omnibus in mente reuocabuntur, vt sic aliquo modo in illo legent.

QVÆSTIO XXXIV.

De intentione diuinæ voluntatis.

IN Deo voluntas est, non quæ vis est, vel operatio à substantia differens, sed quæ ipsamet substantia est; In quo quamuis idem sit essentia, quòd voluntas, differunt tamen; quoniam voluntas effectum connotat in creatura, cum exprimitur in verbo volendi, quod minimè in essentia; Respectuq; actuum temporaliũ, & æternorum simul eorundem est voluntas, quorum potentia, sapientia uè, secus respectu temporalium tantum.

QVÆSTIO XXXV.

De causalitate diuinæ voluntatis.

QVia vbi voluntas est, necessario scientia est, atq; potentia, & non è contra; Videtur ergo ipsam totam causam dicere, quare per causalitatem potius definiatur, quàm illæ; Et quia quæcunq; eueniũt,

bona sunt, vel mala, quorum prima Deus iubet, secunda permittit, qua de re iure vniuersorum causa dicitur; Atq; immediata, quoniam inter illam, & effectum nullum cadit medium; Quæ rationem non habet, sed est ipsamet ratio.

QVÆSTIO XXXVI.

De differentijs voluntatis diuinæ.

QVinque à Theologis voluntatis diuinę ponuntur differentię, idest permissio, operatio, pręceptum, prohibitio, & consilium, quorum prima quatuor ab Vgone sunt desumpta, quintum à sententiarum magistro; Relictisq; aliorum dictis, asserimus voluntatem beneplaciti nullactenus frustrari posse.

QVÆSTIO XXXVII.

De signis voluntatis diuinæ.

EXecutionis præcepto Deus non iubet, nisi quod vult, at probationis præcepto, quod non vult; Qui, & prohibendo nihil ita vult, quod etiam nolit; Et si lex naturę intelligatur, lex secundum ordinem cursus inditi naturę, sic potest Deus contra legem naturæ pręcipere, aliàs non, quod ideo dicimus, quia lex naturę multipliciter sumitur, & pręcipue pro Deo ipso, qui naturę legem dedit, & nunquam contra se

ipsum,

ipsum, & suam naturam operatus est; Et vt clarius dicta intelligantur, subiungit doctor, Deum contra ius naturę, prout respicit ordinem creaturę ad se ipsam, vel ad aliam, posse pręcipere, nullactenus, vt respicit ordinem creaturæ ad Deum, ratione subiectionis, & finis.

QVÆSTIO XXXVIII.
De permissione diuinæ voluntatis.

DIuinam voluntatem mala permittere decet, at nō impunita relinquere; Iusteq; permittit Deus mala fieri, non iustitia, quæ est meritorum exigentia, neq; illa, quę veritas Dei est, sed ea, quæ condecentia diuinæ bonitatis nominatur; Ipsumq; malum ordinabile est ratione eius, in quo est, ad quod est, & ratione eius, quod ex ipso est; Nec cooperatur in bonum, nisi ex consequenti, prout oppositum recedens confert ad alterius oppositi intentionem.

QVÆSTIO XXXIX.
De impletione diuinæ voluntatis per opera misericordiæ, & iustitiæ.

CVm præcipua ratio misericordiæ sit releuatio à miseria in Deo, misericordia est, non quæ fit cum compassione, sed quæ fit sine releuantis compassione;

plicitè ponatur fidei articulus, quia non oportuit, tamen implicitè in illis, ipsius credulitas includitur; Grauiusq; delinquunt curantem incusantes, quod mala iniustè euenire sinat, quàm qui Deum hæc vilia curare absolutè negant, idq; ratione contemptus ex eo, quod cognoscere potuerunt, & scire, sed noluerunt.

QVÆSTIO XXVII.
De fato.

SI fatum accipiatur pro vi astrorum, quandam necessitatem rebus inferioribus inducente, nihil est; secus, si pro dispositione, vel connexione relicta in rebus temporalibus à diuina prouidentia; Ac si propriè sumatur, quid creatum est; Cuius plures dantur definitiones, omnes tamen secundum diuersas comparationes admitti possunt, neque omnium est, quæ diuina prouidentia, sed eorum tantum, quæ Deus non se ipso solo, sed concursu causarum secundarum, etiam inesse producit; Et si fatum intelligatur simplex vis quædam positionis siderum, inferiora hæc omnia ipsi subiacent, si autem idem, quod violenta vis corporum cœlestium in hęc inferiora, prout intellexere Philosophi, omnino negandum est; Sicuti Christum subiectum fuisse fatali siderum positioni, cum nec conceptus, nec natus sit, secundum naturę ordinem, propterea quòd quæcunque per vitę curriculum pertulit non neces-

necessitate, sed mera voluntate, atq; dignatione pertulit; Et secundum quod de eo loquuntur Philosophi nusquam radicatur, secundum autem id, quod de ente habet, in astris radicari admittere possumus, modo nihil ineuitabilitatis includat respectu inferiorum; In actibus autem, qui in nostra potestate non sunt, & qui etiam nobis nolentibus accidunt, non stat fatum cum libertate arbitrij, in actibus verò voluntarijs interioribus, qui nullatenus impediri possunt, stant vtique simul illa, cum liberum arbitrium sit vna ex causis, secundum cuius ordinationem fati series ad suos currit effectus.

QVÆSTIO XXVIII.

De prædestinatione.

PRædestinatio semper est æterna, quia Dei ęternam dicit approbationem respectu boni, dilectio autem, & electio, tùm temporales, tùm ęternę, quia eandem dicunt approbationem, sed non determinatè, an scilicet ab ęterno, vel ex tempore, vocatio verò, & iustificatio solum ex tempore, quia illàmet approbationem determinant, respectu boni, quod ex tempore confertur; De qua prędestinatione cum quatuor assignentur definitiones, eas omnes ritè assignatas comperiemus, si illam in genere scientię approbationis, vel beneplaciti reponemus; Ex sententia enim patris Au-

gustini pręparatio est gratię in pręsenti; & gloriæ in futuro; Et est entis, & non entis, entis secundum quid, & in causa, non entis simpliciter, & in propria natura; Et non nisi electorum propriè esse potest, quia non absolutè voluntatem dicit, sed cum præscientia, quod scilicet gratia sunt benè vsuri; Quorum numerum Deus diffinitè nouit; Ac etiam participialiter est illorum, qui sunt in gloria, haud nominaliter, quoniam hoc vltimo modo importat præparationem gratiæ in præsenti, primo modo iam præteritę, & habitę; Ac nedum quantum ad principale significatum prædestinatio, nec reprobatio ex meritis est, sed quantum ad cōnotatum, vtraq; ex meritis esse dici potest, licet non eodem modo, ptincipale enim sunt præscientia, & præparatio cōnotatum prędestinationis infusio gratiæ, quæ datur sine meritis, & gloriæ per merita, sed cōnotatum reprobationis sunt præsens iniquitas, & futura pœna; Quæ quantum ad collationem gratiæ ex alienis meritis iuuari potest, nullatenus verò quo ad gratiæ præparationem; Cumq; in Deo idem sint secundum rem, & quantum ad principale significatum, præscientia, & prædestinatio, tametsi differant secundum intelligentiæ rationem, vnum ratio, non causa alterius dici poterit; Atq; causa necessaria est, non contingens, cuius effectus probari potest, vel alia causa eget, vt in actum exeat, aut quæ de se mutabilis est, quibus modis non potest poni in Deo contingentia, vel

contingens caufalitas; In prædeftinatoq;, nihil ponit fecundum actum, fed tantum fecundum habitum; Quem poffibile eft damnari in fenfu diuifo loquendo, non in compofito, vel vt verbis vtar præfentis doctoris, fi intelligantur de fuppofito cum forma falfæ funt, fi verò de fuppofito tantum veræ funt.

QVÆSTIO XXIX.

De reprobatione.

Reprobatio eft fcientia cum approbatione pœnæ, & deteftatione iniquitatis; Et Deus, vel penitus non eft caufa fubtractionis gratiæ, vel per accidens; fcilicet ceffando gratiam opponere, vel vt talis gratiæ fubtractio pœnę rationem habet; Excecatioq; reprobationis effectus à Deo eft, vt pronitatem dicit, non culpam, propter ipfam culpam iufte inflictam; Et obduratio idem eft, quod reprobatio, cuius effectus eft, prout illa, alio, & alio modo confiderabitur; Quæ prout effectio voluntaria eft, culpa eft dicenda, at in quantum inuoluntaria, pœna, & per fe emolitioni opponitur; Ac propriæ adultorum eft, voluntariæ, diuinæ gratiæ refiftentium, atq; in peccatis pertinaciter perfeuerantium.

QVAE.

QVÆSTIO XXX.

De diuina electione.

CAdit quidem in Deo electio, sed certa cognitione, non deliberatione pręcedente; Et ex parte nostra est ad faciendum fructum, & esse sanctum; Ex parte verò Dei, ad perfectam suæ bonitatis manifestationem; Ac secundum propositum diuinæ voluntatis; Atq; ex parte nostri, non potest dari aliqua causa, sed tantum electionis ratio, quæ est liberi arbitrij cooperatio, & electio prędestinationis prędestinatorum tantum, non reproborum est, siquidem illa sine perseuerantia, gratiaq; finali esse non potest, quę à pręscitis, vt talibus longè absunt.

QVÆSTIO XXXI.

De dilectione Dei ad creaturas in generali.

EAdem proculdubio est dilectio Dei respectu creaturę, & personarum ad inuicem, quo ad principale signatum, non tamen eadem, quo ad cõnotatum; Ac ex parte Dei diligentis summa est, ex parte verò creaturę dilectę, ne quidem; Qui nequaquam æquè diligit omnes creaturas, sed magis, ac magis prout meliores sunt in suo ordine, & gradu; Deumq; ab æterno creaturas dilexisse, nil aliud est dictu, quàm creaturas in se diligere, vel esse in creaturis, primo

modo

modo ab æterno est, secundo modo in tempore, & cum tempore.

QVÆSTIO XXXII.
De dilectione Dei respectu creaturæ rationalis.

ACcuratè Deus, tàm naturam angelicam, quàm humanam inspectat, primam autem longe præstantiorem, ac Deo chariorē esse dicimus, at si intra huius naturę indiuidua indiuiduū Christi incluserimus, oppositum affirmabimus; Dubitanti autem, quē Deus inter omnes magis diligat, vel prędestinatum, qui nūc peccator est, vel pręscitum, qui nunc iustus est, occurras dicendo simpliciter prędestinatum magis, verum, vt nūc pręscitum iustum; Et cęteris paribus magis prędestinatos, qui semper steterunt, quàm qui quandoq; ceciderunt, & postea surrexerunt; Ac de cōgruo quantum ad effectus, tàm pręsentes, quàm futuros, necesse est Deum magis diligere, magis eum diligētes; quamuis simpliciter loquendo, nec maior, nec minor ponenda sit, sed omnibus æqua.

QVÆSTIO XXXIII.
De *libro vitæ.*

VT in hac materia ardua illa difficultas tollatur, an creatus sit, vel increatus, dicimus quod si dicatur

tur liber vitæ exemplar vitę; est quid increatum, at si exemplum, aut vitę signum, quid creatum; Et vna persona tantum, & tres simul, dici possunt liber vitę, primo modo, si quantum ad scriptionem cōsideretur; vt scilicet intelligatur notitia expressa ab alio, & sic soli filio appropriatur, at si quantum ad lectionem, vt scilicet dicatur notitia ad aliud expressa, & sic tota trinitas; Qui in diuinis translatiue dicitur, idest scriptura quędam ęterna, & interior, in qua Deus vti in speculo, per similitudinem repręsentatur, & in qua omnes formæ, rationes viuentes, & ęternę leguntur, qui ideò vitę liber, nec mortis, vel sapientię dicitur, quia in eo vita tantum scripta est, & legitur, neq; notitiam dicit nisi ad vitam ordinatam; Proprieq; non dicitur respectu Dei, sed creaturarum, cum non dicat nisi notitiā meritorum vitę ęternę, quàm non ex meritis ipse, sed se ipso habet. Et rationabilium solum est, cum ex sola, & in se vita qua libera viuant; veluti, & bonorum tantum, quandoquidem ipsi in Deo notitiam, & exemplar habent; In quo si scribuntur reprobi est secundum quid, pręsentemq; iustitiam, prędestinati autem simpliciter, & secundum pręscientiam; In quo, qui scriptus non est, nec vt ibi verè scribatur, facere potest, sed solum oppinatiuè; De quo quis deleri potest, quantum ad ordinem subiectum diuinæ præscientiæ licet oppositū tueri possit, at quo ad diuinę præscientiæ notitiam nequaquam; Et quamuis in se vnicus sit simplicis-

plicissimus, & vniformis, nihilominus in eo omnia distinctissime leguntur, quia multiplex est in virtute; Per quem librum si intelligatur diuina præsentia in ipso reprobi nullatenus legent, verum si Christus, vel diuina illa vis qua omnium facta omnibus in mente reuocabuntur, vt sic aliquo modo in illo legent.

QVÆSTIO XXXIV.

De intentione diuinæ voluntatis.

IN Deo voluntas est, non quæ vis est, vel operatio à substantia differens, sed quæ ipsamet substantia est; In quo quamuis idem sit essentia, quòd voluntas, differunt tamen; quoniam voluntas effectum connotat in creatura, cum exprimitur in verbo volendi, quod minimè in essentia; Respectuq; actuum temporaliũ, & æternorum simul eorundem est voluntas, quorum potentia, sapientia uè, secus respectu temporalium tantum.

QVÆSTIO XXXV.

De causalitate diuinæ voluntatis.

QVia vbi voluntas est, necessario scientia est, atq; potentia, & non è contra; Videtur ergo ipsam totam causam dicere, quare per causalitatem potius definiatur, quàm illæ; Et quia quæcunq; eueniũt,

bona sunt, vel mala, quorum prima Deus iubet, secunda permittit, qua de re iure vniuersorum causa dicitur; Atq; immediata, quoniam inter illam, & effectum nullum cadit medium; Quæ rationem non habet, sed est ipsamet ratio.

QVÆSTIO XXXVI.

De differentijs voluntatis diuinæ.

QVinque à Theologis voluntatis diuinę ponuntur differentię, idest permissio, operatio, pręceptum, prohibitio, & consilium, quorum prima quatuor ab Vgone sunt desumpta, quintum à sententiarum magistro; Relictisq; aliorum dictis, asserimus voluntatem beneplaciti nullactenus frustrari posse.

QVÆSTIO XXXVII.

De signis voluntatis diuinæ.

EXecutionis præcepto Deus non iubet, nisi quod vult; at probationis præcepto, quod non vult; Qui, & prohibendo nihil ita vult, quod etiam nolit; Et si lex naturę intelligatur, lex secundum ordinem cursus inditi naturę, sic potest Deus contra legem naturæ pręcipere, aliàs non, quod ideo dicimus, quia lex naturę multipliciter sumitur, & pręcipue pro Deo ipso, qui naturę legem dedit, & nunquam contra se

ipsum,

ipſum, & ſuam naturam operatus eſt; Et vt clarius dicta intelligantur, ſubiungit doctor, Deum contra ius naturę, prout reſpicit ordinem creaturę ad ſe ipſam, vel ad aliam, poſſe pręcipere, nullatenus, vt reſpicit ordinem creaturæ ad Deum, ratione ſubiectionis, & finis.

QVÆSTIO XXXVIII.
De permiſſione diuinæ voluntatis.

Diuinam voluntatem mala permittere decet, at nō impunita relinquere; Iuſteq; permittit Deus mala fieri, non iuſtitia, quæ eſt meritorum exigentia, neq; illa, quę veritas Dei eſt, ſed ea, quæ condecentia diuinæ bonitatis nominatur; Ipſumq; malum ordinabile eſt ratione eius, in quo eſt, ad quod eſt, & ratione eius, quod ex ipſo eſt; Nec cooperatur in bonum, niſi ex conſequenti, prout oppoſitum recedens confert ad alterius oppoſiti intentionem.

QVÆSTIO XXXIX.
De impletione diuinæ voluntatis per opera miſericordiæ, & iuſtitiæ.

Cum præcipua ratio miſericordiæ ſit releuatio à miſeria in Deo, miſericordia eſt, non quæ fit cum compaſſione, ſed quæ fit ſine releuantis compaſ-

 ſione;

ſione; Vt autem non dubites, an miſericordiæ intentio, vel iuſtitię in Deo pręcedat, dicimus modo illam, modo iſtam, ſecundum diuerſas comparationes; Ita in vniuerſis Dei operibus eſſe iuſtitiam, & miſericordiam largè de illis loquendo, iuxta illud Pſalmi, vniuerſæ viæ domini miſericor. &c. quamuis non ſemper nobis innoteſcant; Miſericordiusq; agere cum vno, quàm cum altero in effectu, non tamen in ſe.

QVÆSTIO XL.
De ſubiectis diuinæ voluntati.

VTcunq; voluntas noſtra diuinæ voluntati ſubiecta eſt, in malis actibus, vt materia agenti, in bonis, vt efficiens efficienti, quare, aut à nobis, aut de nobis ſemper impletur; Malaq; eſſe, aut fieri, bonum eſt, non ſimpliciter, ſed ſecundum quid; Et ideò in ſe ipſis, nec bona, nec vtilia, nec expedientia ſunt, ſed vt ordinata; In quibus ſicut, & in bono ſemper impletur diuina voluntas beneplaciti ſcilicet, haud ſigni.

QVÆSTIO XLI.
De conformatione humanæ voluntatis ad diuinam.

NEgandum minimè eſt, humanam voluntatem diuinæ conformari poſſe, nam; & ſi eſſentialiter in infinitum diſtent, non tamen formaliter; Humanamq;

namq; voluntatem diuinę perfectè cóformari nil aliud est, quàm velle, quod vult, vt vult, quod scit illam velle, & ad quod vult; Et quò ad pręcepta affirmatiua tenemur semper, sed non ad semper diuinę voluntati conformari, at in negatiuis semper, & ad semper, & semper tenemur velle, quòd Deus vult, non sensualitatis voluntate, sed rationis; Ita, & quod scimus ipsum velle, Affirmantes meritorium fuisse sanctis, quod vellent Christum pati, cum id voluerint voluntate rationis motibus libero arbitrio in ortu, & progressu subiectis; Nos autem de passionibus sanctorum pręsentibus dolere debemus, at de pręteritis gaudere; Iustiq; lętari possunt de reproborum damnatione, non ex parte patientis, sed inferentis, dicente Psalmo, lętabitur iustus cum viderit vindictam.

QVÆSTIO XLII.

De diuina generatione.

STatuimus in diuinis generationem esse, non enim conuenit, naturam illam, quę alteri fęcunditatem pręstat, in se sterilem esse; Et generare in diuinis secundum rationem intelligentiæ, haud idem est, quod intelligere, dicere autem si idem intelligatur, quòd verbum proferre, conuertitur cum intelligere, secus si idem, ac manifestare exponatur; Diuinaq; essentia prout in se, & absolute significatur, nullatenus generare;

nerare, aut generari dicitur, siquidem ista verba, & huiusmodi omnia dicunt habitudines, & comparationes ordinis naturæ in personis, qui vt sic repugnat modo dicendi absolutè; Et potentia, vt generet in solo patre est, sed potentia, qua generat in omnibus tribus; Et quia filius non habuit esse post non esse, nec de aliquo factus est, tanquam ex materia, sed solum tanquam ex origine, nec de nihilo, nec de aliquo, esse dici potest; Dicitur tamen de substantia patris genitus, prout ista præpositio, de, non materiam, non originem, non ordinem, sed substantiam notat; Cuius generatio voluntaria dicitur concomitanter, idest complacenter, necessaria verò, quia immutabiliter; Ac nullatenus dicenda est in fieri esse, vel in facto, sed in esse; Nec aliquo modo in humanis dabilis est generatio similis generationi diuinæ, nam ibi est, & coeternitas mensuræ, & coequalitas naturæ simul, quæ duo vnà hic reperiri vix possibile est, nam vbi vna, non altera, & vbi altera, non vna.

QVÆSTIO XLIII.

De processione Spiritus Sancti.

SPiritum Sanctum, scripturarum testimonio sacrarum confiteri tenemur; Veluti processionem absolutè, & præcisè dictam Spiritui Sancto tantum conuenire, at cum super additione nihil prohibet etiam

filio

filio conuenire; Cumq; Spiritus Sãctus amore pariter, à patre, & à filio procedat, eius solum erit spirari, cum spirari conueniat amori; Et hoc proprium ipsius erit; Qui patris, & filij nexus dicitur effectiue, relatiuè, ostẽsiuè, & quasi formaliter; Nec in diuinis à generatione filij, processioneq; Spiritus Sancti, alia productio datur; In qua materia abeant Greci, & valeant latini, confitentes Spiritum Sanctum ab vtroq; procedere, non sicut ab aliquo in aliquo, sed velut amor à mente, & notitia; Si dicatur secundum, quid est Spiritus Sancti processio? respondeatur per summam, non dilectionem, quoniam hæc vnius est, sed condilectionem, quia amborum est.

QVÆSTIO XLIIII.
De veritate diuinarum personarum.

VErè, & realiter in diuinis plures personas fatemur, quia ibi plures existencias credimus, nec ob id vnitati essentiæ repugnare intendimus, sicut vice versa statuentes essentiæ vnitatem, pluralitati personarum non obuiamus.

QVÆSTIO XLV.
De numero diuinarum personarum.

IN diuinis personis, non est ponere numerum simpliciter,

pliciter, & proprie, cum ibi non sit discretio secundum substantiam, sed cum additione, & improprie; Cum numerus proprie, & simpliciter dictus, qui in creaturis reperitur sit quantitas, & accidens; in diuinis locum non habebit, sed solum numerus, qui personarum, aut trinitatis numerus dicitur; Cum in diuinis non sit diuersitas substantiarum, sed hypostasum, aut personarum tantùm, non alius ibi numerus est, quàm qui dictus est; Ibiq; numerus est rationum, rerum, relationum, & hypostasum, quod facile erit comperire, præsupposita ratione, & ordine originis; Ac numeri ratio in diuinis est, ex parte perfectionis, bonitatis, virtutis, & charitatis, sed principalius ex parte secundæ; Nec vllo pacto in diuinis personis statuendus est numerus infinitus, nam cum talis confusionem deferat, ibi locum non habet, vbi summa est distinctio; Vtq; ab illa distinctissima, & ordinatissima trinitate omnis confusio, atq; indistinctio tollatur, nec plures, nec pauciores personas, quàm tres credere debemus.

QVÆSTIO XLVI.

De ordine diuinarum personarum.

QVamuis in diuinis ordo sit, tamen non omnis, sed tantum qui originis dicitur; Et cum in diuinis natura significet essentiã, cum hac aditione, idest

cum

cum virtute productionis similis, & vbi talis virtus est, necessario intelligitur ratio ordinis, & principij, propterea sequitur ibi esse ordinem naturæ; Vbi etiam cogimur fateri personam vnam sine origine esse, nam aliter ibimus in infinitum, vel idem erit ad se, aut persona differens erit ab essentia; Et ne aliqua sequantur incommoda, ibi non statuimus aliquo pacto plures personas absque origine, quæ talia essent, idest quòd duo essent dij, quòd ibi non esset summa germanitas, non ordo &c. vnam igitur personam huiusmodi tantum ibi confitemur; In processioneq; Spiritus Sancti hallucinati sunt Græci, asserentes Spiritum Sanctum à patre procedere, & non à filio, qui non ad verbum interius (vt debuere) sed exterius spiritum ipsum compararunt; Qui immediatè, & mediatè procedit, primo modo à patre, secundo modo à filio; Et cum filius procedat per modum naturę, Spiritus verò Sãctus per modum voluntatis, sicut ordine naturæ, prior est natura, quàm voluntas, ita generatio filij prior erit processione Spiritus Sancti; Quærenti autem si abstracto ordine naturæ per intellectum, adhuc sit intelligere hypostases in esse diuino, & è conuerso, & quidem primum, sed ad modum substantiæ prænominalis, minimè verò secundum, tametsi ibi intelligi posset ordo intelligentiæ.

QVÆSTIO XLVII.

De æqualitate diuinarum personarum.

QVia contingit significare diuinam essentiam, vt quantam, veluti cum dicimus, Deus magnus, æternus, immensus, &c. non ab re ibi æqualitatem concedimus, verum alia ratione, qua in creaturis; Ita, & filium per omnia patri æqualem in diuinis, & si quãdoq; ibi ex scripturis maioritas aliqua hauriatur, non excessum aliquem, sed quandam auctoritatis principalitatem hæc nobis significabit; Sic Spiritum Sanctum patri, & filio, cum vna, & eadem essentia sit in tribus; Pari ratione tres personas omnino coequales; nam ibi, neq; vnitas pluralitati, neq; pluralitas obuiat vnitati; Et illa æqualitas attenditur in diuinis penès quantitatem, vel quod per modum quantitatis signatur, idest penès potentiam, æternitatem, & magnitudinem.

QVÆSTIO XLVIII.

De diuinis nominibus in generali.

DEum nominabilem, & innominabilem fatemur, primum ex his, quæ secundum nos sunt, & ex his, quæ secundum naturalem rationem ex eo accipiũtur, secundum verò ex his, quæ secundum ipsum sunt, siuè ex his, quæ de eo tantùm per fidem cognoscuntur;

tur; Verùm quia simplex omne non nisi ab effectu quem habet nominari potest, quomodocumq; igitur Deus cognoscatur, aut via remotionis, aut eminentiæ, aut causæ, cùm summè simplex sit, aliàs quàm per comparationem ad creaturam nominari non potuerit; Nominabilisq; est propriè, & impropriè, propriè quidem per nomina signantia de eo, quia est, impropriè autem per nomina signantia de eodem quid est, tam & si ex his nonnulla sint, per quæ etiam propriè nominetur Deus; Et diuinorum nominum multiplicitas à nullo alio est, quàm ex multiplici consideratione nostri intellectus, multipliciter effectus ad diuinam causam conferentis; Nec propriè omni nomine nominabilis est Deus, licet translatiuè; Neq; ibi aliquo modo accipiendum est, vniuersale, singulare, particulare &c. propter eorum euidentes imperfectiones secus de perfectionibus in talibus inclusis; Idem de prædicamento, & prædicabili propriè sumptis, nil tamen prohibet ibi affirmari, communiter loquendo; neq; ibi substantia est, vt à substando, sed vt à per se stando dicitur; Et quamuis in Deo nihil accidat, non tamen omne secundum substantiam dicitur; Quare prædicationem secundum relationem ibidem ponimus, non quæ accidentalis, sed quæ substantialis dicitur; Vbi à prædicamento substantiæ, & relationis, alia rarò ibi inueniuntur, & quæ inueniuntur nunquàm accidentia, sed substantiam significant; Et non similiter in di-

uinis accipiuntur priora prædicamenta, veluti poste-
riora; quandoquidem anteriora quasi rem, & rei ip-
sius intranea attingunt, at posteriora quasi rei circun-
stantias, & extranea quædam detegunt; Quare ex præ-
dicamentis, quæ materialitatem, siue corporeitatem,
mutabilitatem, vel imperfectionem important, sicut
sunt, situs, positio, habitus, vbi, & quando, non ni-
si impropriè de Deo dici concludimus, ac translatiuè;
quæ verò nihil dictorum inferunt, si abstrahãtur à mo-
do, quo sunt in creaturis, propriè dici, si secus im-
propriè.

QVÆSTIO XLIX.

De diuinis nominibus in speciali.

Essentiæ nomine, diuinum esse nominatur, idq; vi, & cognitione quadam naturali, & à natura nobis indita; Et si præcisè, nomen hoc esse diuinum accipiatur, propriè nomine, essentiæ nominatur, haud si communiter intelligatur; Quod nomen scilicet, esse, etiam communiter acceptum, nec vniuoce, neq; equiuoce, sed analogice de creaturis dicitur, atq; crea-
tore; Et si essentiæ nomen significet essentiam, essen-
tia, vt essentia nulli personæ appropriari poterit, at si
illam significet, vt in habente illam, vt sic appropria-
bilis erit; Existentię autem nomen essentiale dici po-
test, vt quid communicabile pluribus importat; per-
sonale,

ſonale, vero, ſi incomunicabile; Et etiam entis nomen pluraliter in diuinis reponitur, ſed ſub fœminino genere, ſcilicet, ſub hoc nomine, res, rei; quia eſt etiam nomen eſſentiale eſt, ſi infinitè accipiatur, perſonale verò ſi relatiue; Simpliciterq;, & abſolute loquendo, primum eſt diuinorum nominum, ſed quò ad nos, bonum; Et pronomina queq; in diuinis non niſi impropriè dici poſſunt, & in primis, quæ demonſtratiua dicuntur, cum Deus, nec ad ſenſum, nec ad intellectum verè demonſtrabilis ſit; Pronomina verò poſſeſſiua accipi poſſunt ad ſignationem diuinæ eſſentiæ, at nimis improprie; Sed per pronomina maſculini, & fęminini generis minimè, idq; propter diſtinctionem, quam ſecum important.

QVÆSTIO L.

De nomine operationis, videlicet de hoc nomine Deus.

NVlli dubiũ eſſe credo hoc nomen, ſcilicet, Deus, poſſe naturaliter, adoptiuè, & nuncupatiuè accipi, an autem equiuoce, vel vniuoce dicatur, Præpoſitinus partem affirmatiuam ſuſtinuit, Altiſiodorenſis negatiuam, alij, nec hanc, nec illam, ſed mediam, quam vti probabiliorem tueamur; Et operationis nomen dicitur, non quòd operationem ſignificet, ſed quia ab operatione deſumptum eſt, & ad ſignificandũ diui-

diuinam naturam impositum; Et cum diuina essentia vna sit, nullo pacto multiplicabilis, ad quam substantiuè significandum impositum est hoc nomen Deus, nec verè, nec propriè pluraliter dici poterit, at nuncupatiuè sumendo, aliter dici potest; Ac non solum propriè sumendo, pro natura supponit verùm, & pro persona, idq; ex modo suæ significationis, quo impositum est ad significandum, in quo nomine, natura, & habens naturam, verè includitur; Nec sequitur Deus genuit Deum, igitur vel se, vel alium, cum generans, & genitum alterum, & alterum esse debeāt; Sicut nec ista est vera, Deus genuit alium Deum; cum eadem diuinitate sit Deus pater, qua filius, & è conuerso, at verò alium ex diuersis causis vnionem dicit; Hæc autem pater genuit se, essentialiter concedi potest, notionaliter minimè; Quærenti autem, an sequatur Deus genuit Deum, ergo genuit Deum, qui est pater, vel Deum, qui non est pater, vltra magistri, & Præpositini sententiam additur, quod si terminus ille Deus pater, teneatur dictionaliter, vt sic, affirmatiua est falsa, negatiua autem vera, si verò teneatur orationaliter, diuerso respectu alternatim, modo affirmatiua, modo negatiua vera est; An autem hæc concedenda sit, Deus generat, & ille non generatur, si prædicatum remouetur à supposito, & à signato vera est, sin minus falsa; Hanc autem Deus generat, & ille non est Trinitas, Præpositinus fallam, alij veram arbitrantur; Ista

autem

autem Deus est trinitas, vera est, nam essentia quã nomen hoc (Deus) signat; indiuisa est in tribus personis.

QVÆSTIO LI.
De nominibus priuatiuis secundum affirmationem, & negationem.

NOmina, quæ secũdum affirmationem de Deo dicuntur, nec simpliciter equiuocè, nec simpliciter vniuocè, sed analogicè dicuntur; Verè tamen de eo dicuntur, ac negationes, nam nec hæ illis, nec illæ his opponuntur; Et si inspiciamus ad proprietatem dicendi, proprius dicuntur negatiua, quàm affirmatiua, at si ad veritatem essendi, veriùs affirmatiua, quàm negatiua.

QVÆSTIO LII.
De nominibus consequentibus naturam.

IVstitia, bonitas, &c. huiusmodi nomina in diuinis substantiam significant, quantum ad significatum, sed non quantum ad significandi modum. Nec æquà ratione, bonum de Deo dicitur, vt iustum; cum bonum conditio sit generalis, iustum verò specialis; Et iustum, effectum connotat in creatura, cum connotet habitum virtutis iustitiæ, cuius effectus est reddere vnicuiq; secundum merita, quod in alio, quàm

in

in creatura esse non potest; Neq; pari ratione in diuinis dicuntur nomina abstracta, & concreta, putà, bonum, & bonitas, iustum, & iustitia, quoniam & si in significato conueniant, in modo significandi differunt, cum abstracta simpliciori modo significent, concreta verò compositiori, nec etiam sicut dicimus coniunctim, Deus est iustus, & misericors, ita coniunctim dicere possumus, Deus est iustitia, & misericordia, quia copulatiua illa particula (&) inter abstracta in diuinis non reperit eam diuersitatem, quam intendit. Recipiuntur tamen huiusmodi locutiones (& si impropriè) propter efficaciorem veritatis fidei expressionem, quam faciunt.

QVÆSTIO LIII.

De nominibus essentialibus connotantibus respectum creatoris ad creaturas.

SI nomina essentialia connotantia respectum tãtum Dei ad creaturam absolutè sumantur, essentiam significant, Deoq; ab æterno conueniunt, si autem respectiuè essentiam adhuc significant, sed æternaliter eidem non conueniunt, saltem in actu, & si in habitu; Dominusq; temporis, Deus dicitur, sed cum tempore, quia creatura intelligi non potest, quin, & tempus intelligatur, aliarum verò creaturarum dicitur ex tempore, quoniam tempus per se, & seorsum ab his intelligi

telligi potest; Dominium autem, & reliqui huius generis respectus, respectu principalis significati, quod est diuina essentia, æterna sunt, sed respectu connotati, quod est habitudo ad creaturam, creata sunt; atque ex tempore de Deo dicuntur, & re, non diuina essentia ad creaturam; sed creatura ad diuinam essentiam refertur, cum non hæc ab illa, sed illa ab hac dependeat, tametsi voce, siue in dicendo, vel secundum dici, vtrunque relatiuè dicatur, idq; merito collationis nostri intellectus ita conferentis; Et quia respectus, quo Deus ad creaturam refertur, vocis tantùm est, & vice versa respectus, quo creatura ad ipsum refertur, nedum vocis, sed rei respectus est, quia non ex intellectu tantùm, ita conferente, sed etiam ex rei met veritate sic patente, creatura à creatore dependet, iure respectus ei ad hanc connotatus, huic inerit, sed ad eum erit, in creaturæ habitudine fundabitur, sed ad ipsum creatorem continuabitur; Ac quantum ad principale significatum, & generalem quendam modum, cum similis ratio est prædicandi in hoc nomine, Dominus, & creator, & quantum ad comprędicata, dissimilis.

QVÆSTIO LIIII.

De nominibus designantibus respectum personæ ad personam.

PRincipaliter, & secundum se, æqualis, similis, seu

similitudo, vel æqualitas, substantiam, & essentiam diuinam dicunt, sed ex consequenti distinctionem personarum, quare, & relationem; Et si æqualis, & similis dicunt solum essentiæ vnitatem, cum personarum differentia, sic pater, & filius reciprocè similes, & coequales dicuntur, at si vlterius super addant rationem aliquam prioritatis secundum modum intelligendi, qui est esse ab alio, sic filius patri, & non pater filio, aut similis, aut æqualis dicitur, cum non illæ ab hoc; sed hic ab illo sit; Ac proinde contingit, quòd recte dicere non possumus, pater coequatur filio, sicut recte dicimus, filius coequatur patri, quia verbum, coequatur, sub auctoritatem, & ordinem naturæ importat, quæ aliena sunt à conditione patris, non sic dictio coequalis, & ideo nefas non est dicere patrem filio coequalem; Christusq; homo similis est secundum quod homo sibi Deo similitudine gloriæ perfectè, sed non similitudine secundum substantiam; Et secundum Præpositinum recipimus hanc, qualis est Deus, talis est Petrus, si autem quispiam quærat cum dicitur qualis est pater, talis est filius, talis est Spiritus Sanctus, an talis, & qualis significent diuinam essentiam dicatur, quod, talis, in dicta propositione diuinam essentiam significat, demonstrat filium, & patrem appellat.

QVAE-

QVÆSTIO LV.

De nominibus simbolicis.

EXpedito per Dei gratiam de nominibus diuinis essentialibus mistis, restat dicendum de simbolicis, quæcunq; ergo de Deo corporaliter dicuntur simbolicè dicta sunt, habent enim quandam excellentiorem intelligentiam, simplex est enim Deus, & infigurabilis.

Oculus igitur Dei, & palpebre, & visio vniuersalem ipsius omnium rerum cognitionem significant, nihil enim ipsum latet.

Auditus propitiationem, & nostræ deprecationis susceptionem.

Os, demonstrationem voluntatis, quia apud nos per os, & loquelam; quæ in corde sunt significantur.

Cibus, & potus significant ad eius voluntatem concursum.

Odoratus, eius beneuolentiam, & amorem.

Facies, ipsius manifestationem, nos enim per faciem homines cognoscere solemus.

Manus, operum ipsius perfectionem.

Dextera autem, eius auxilium in prosperis.

Palpatio, certam ipsius occultorum cognitionem.

Pedes, auxilium indigentium.

Iuramentum, immutabilitatem voluntatis suæ.

Ira, & furor, odium delinquentium.

Obliuio somnus, & dormitio dilationem ad vindictam, ac vlctionem de inimicis, & vniuersaliter concludendo dicimus omnia, quæ corporaliter de Deo dicuntur occultam habere quandam intelligentiam.

QVÆSTIO LVI.
De nominibus personalibus.

QVoniam cognoscere vnde desumptum sit nomen, persona, modicum prodest Theologo, id relinquimus aliorum iudicio, & præcipue Prisciano, atquè Boetio, sat erit nobis non ignorare de prima institutione, fuisse ad dissignandum certum hominem; In diuinis tamen secundum substantiam dicitur; Et teste Boetio est rationalis naturæ indiuidua substantia, quæ definitio exponenda est, atq; colligenda secundum mentem Ricardi; Ac vniuoce dici, sustineri potest, tametsi per prius, & posterius dicatur de Deo, & creaturis; & ea tantùm vniuocatione secundum quosdam, quæ dicitur secundum effectuum conuenientia; Ac quid commune est secundum rem, sed ex consequenti; Neq; supposita persona supponitur essentia, nam personæ modus quidem est, qui essentiæ esse nō potest, quem modum cum suppositio consequatur in causa est, vt verum sit, quod paulò ante affirmauimus; Idemq; isto nomine significatur in singulari, & plurali, nam in vtroq; numero significat substantiam, quæ

est

est Hypostasis, idest per modum singularis substantiæ; An autem persona sit essentia, Præpositinus idem re esse, & solo intellectu differre arbitratus est, alij ex principijs fidei venandum asseuerant, quibus tum diuersificari, tum verificari reperiemus; An autem persona ab essentia differat, & essentia à persona, dicendum quòd conueniunt re, & differunt ratione; Respiciendoq; ad rei simplicitatem conuenientiùs dicitur in recto persona est essentia, quàm in obliquo persona est essentiæ, at ad rationem intelligentiæ econtra est.

QVÆSTIO LVII.
De hoc nomine subsistentia.

SI substantia, & subsistentia deducantur à per se stando, rectè in diuinis ponuntur, at si à substando nequaquam, essentia autem, & persona ibi patent; Et ex diuersa intelligentię ratione, vel habitudine in diuinis differunt, essentia, subsistentia, substantia, & persona, siue (vt Græcè dicatur) VSIA, Vsiosis, Hypostasis, & prosopon, subsistentia verò si dicatur; quia ex se subsistit, nec accidentibus indiget, vt sit, sic nomen est, essentiale, si quia substat, personale.

QVÆSTIO LVIII.

De hoc nomine hypostasis.

NOn solum in diuinis conuenit dici hypostasis, immò oportet, si in recta significatione sumatur; Et est substantia cum proprietate, quę propriè, nec equiuoce, nec vniuoce dicitur; Et addit supra substantiam, quod dicitur incommunicabile, si substantia intelligatur res subsistens, si verò pro essentia, hoc solum additur, quod essentia, vel substantia oblique cadit in definitione hypostasis; Absitq; vt dicamus, quod sicut supposita persona supponitur hypostasis, ita supposita hypostasi supponatur essentia, ex hoc enim Abbas Ioachim in Concilio Lateranensi damnatus est; Et ex parte rei æquè simplicia sunt nomen essentiæ, & hypostasis, sed ex parte intellectus, siue modi intelligendi compositius hoc, quàm illud intelligimus; Differentesq; proprietates, siue relationes in diuinis differentes exigunt hypostases: cum ille sint ad inuicem incompossibiles.

QVÆSTIO LIX.

De hoc nomine pater.

APostolus instruit omnem paternitatem, tum in Cœlo, tum in Terra à Deo nominari; Et hoc nomen, pater, in diuinis multipliciter multaq; dicit, quan-

quandoq; .n. prędicat personā, quādoq; personalē proprietatem aliquando relationem patris ad filium, multoties relationem ad creaturas secundum creationem, & demum relationem patris ad hominem secundum recreationem, quare modo substantiuè, modo relatiuè tenetur; Cui conuenit generare filium, vt pater, vt Deus, & vt pater, & Deus simul, primum ratione proprietatis productionis, secundum ratione naturæ, tertium ratione vtriusq; completæ, & per se.

QVÆSTIO LX.
De hoc nomine filius.

Fillius est proprium nomen diuinę personæ natura, origine, veritate, natiuitate, & contra nos nuncupatione, adoptione, & creatione; Nos autem filii Dei dicimur per naturam, & gratiam, quia vtranq; ab eo habemus, aliter tamen quàm filius in diuinis; Demonesq;, & damnati fuere quondā filii Dei, sed amodo non sunt, iniqui verò in humanis degentes Diaboli filii simpliciter dicuntur, Dei autem secundum quid; Adam autem in statu innocentiæ præter ordinem aliorum simul tempore, & si non natura plasmatus, & filius habitus est, quòd in nobis post lapsum communiter locum non habet, cum prius nascamus iræ filii, quàm gratiæ; De sanctificatis omnes profitentur, quod filii Dei sunt, & si non nati natiui-

tiuitate ex vtero saltem natiuitate in vtero.

QVÆSTIO LXI.
De nomine filij, quo dicitur imago.

Essentia diuina dupliciter tantùm imago dicitur hominis, & personarum, hominis, quia ad eius imitationem expressissimè factus est homo; Personarum quia hę secundum ipsam in omnimoda imitatione sunt essentię, & virtutis, quomodo imago nil aliud dicit, nisi diuinam essentiam, vt exemplar ad expressam imitationem. Cuius imaginis definitio ab Hylario primum assignata, recta est, si de increata imagine intelligatur; Secunda autem ab eodem data, rectè exposita, recta reperietur; Quę duę definitiones penès hoc differunt, quoniam prima datur secundum expressam similitudinem quantùm ad cognitionem, secunda verò quantùm ad virtutem; Neq; dubitandum est imaginis nomen creaturis rationalibus etiam conuenire, alia tamen ratione quàm Creatori, cum nihil Creatori, & creaturæ vniuoce conuenire queat; Spiritui autem Sancto nequaquàm, cùm ab eo alia persona diuinitatis plenitudinem nequaquàm accipiat.

QVAE-

QVÆSTIO LXII.

De nomine filij quod dicitur verbum.

VErbum in diuinis dicitur in creaturis ad similitudinem verbi intelligibilis rei; Et in diuinis prius est nomen notitiæ, quàm verbi secundum intellectum; Ex diuersa consideratione actuum verbi increati, & ex multiplici acceptione verbi cognitiui, ac operatiui, secundum quòd est in ratione operatiua, maiorem similitudinem habet ad verbum increatum, quàm secundum quod est in ratione cognitiua, quamuis etiam oppositum quandoque contingat; Cum autem ab aliquibus petitur, an nomine verbi notetur effectus in creatura; dicendum quod in nomine verbi duo intelliguntur; primum quod genitum est æternaliter à patre, secundum quod ipso vniuersa sunt disposita, & facta; secundum hoc postremum ponitur in verbo, cointellectus creaturæ; sed minimè dependentia ad creaturam; Nequit tamen filius in diuinis cogitatio appellari, sicut verbum quandoquidem cogitatio volubilitatem, mutationemq; innuit, quæ à verbo diuino longe absunt; Soliq; filio in diuinis, & non alteri personæ conuenit hoc nomen verbum, cum importet notitiam ab alio æternaliter ortam, imaginemq; inuisibilem, ac increatam soli filio conuenientia; Et quo modo arbitrari poterimus verbum diuinum factum esse, si ipsum creatorē confitemur? Non tamen inferre

licet ad ęternitatem verbi sequi ęternitatem facti, quoniam,& si omnia ęterno verbo fiāt, haud tamen ęterne.

QVÆSTIO LXIII.

De hoc nomine Spiritus Sanctus.

SI hoc nomen Spiritus Sanctus accipiatur actiuè, seu essentialiter toti æternitati est commune, sed appropriatur tertiæ personæ, si autem passiuè, aut notionaliter, solius Spiritus Sancti proprium est; Nec quispiam miretur duo hæc nomina scilicet Spiritus,& Sanctus appropriari, nempe Spiritus nomen est terroris, addito Sanctus, dulcescit. Nec ęque rectè dicitur Spiritus Sanctus est Spiritus Sanctus noster, sicut dicitur Spiritus Sanctus est spiritus noster, quia primo modo est nomen essentiale (tametsi tertię personæ approprietur) ac quodammodo creaturas respicit, secundò autem modo nomen est personale: nullatenus creaturas respiciens.

QVÆSTIO LXIV.

De hoc nomine donum.

DOnum proprium nomen est Spiritus Sancti, cum ei soli tribuatur amor, quo vniuersa dona, quæ donantur, ritè donantur. Et si donum accipiatur pro ipso donabili, siue in habitu, ab æterno Spiritui Sancto conue-

conuenit, si autem pro ipso dato, vel in actu; ex tempore; Donabilitasq; notio dicitur Spiritus Sancti ratione, qua refertur ad patrem, & filium haud ratione habitudinis ad creaturas.

QVÆSTIO LXV.

De nominibus disiunctiuis.

NOmina ista disiunctiua, diuersitas, diuisio, separatio, diuersum, singularitas, & solitudo, nullo modo in diuinis admittuntur, quia propria, & precisa eorum significata longe absunt ab illis; Et vnum in diuinis significat essentiam, vnus personam, yna notionem, vel proprietatem; Item vnus, duo, tres, &c. huiusmodi partitiua nomina, rem prædicamenti relationis omnia significant, verum non vt relationem; Pater autem, & Filius, & Spiritus Sanctus non possunt dici vnus secundum quod, vnus, numerabilis dictio est, sed solum cum determinatione; Nomina autem distinctiua, vel partitiua, vnus, aliquis, &c. nominibus essentialibus in diuinis addi congruè, & adiungi nequaquam possunt, immo nec pronomina partitiua; At dicentem audio; si in diuinis dici possit solus pater, siue solus pater est Deus, dicimus, quod si particula illa, solus, excludit præcisè consortium à paternitate, verum est, si consortium simpliciter, falsum, sicut pro secunda si fiat exclusio ratione essentiæ, verum,

verum, si ratione personalis proprietatis falsum; Nec desunt, qui me interrogarunt, quęrentes, an hęc concedenda sit, pater est solus Deus, & ista trinitas est solus Deus, quibus responsum dedi tale, quod si fiat exclusio à parte suppositi, falsæ sunt, si à parte appositi veræ; Ista autem propositio nemo nouit patrem, nisi filius, &c. ita intelligitur, vt non excludatur, nec pater, nec Spiritus Sanctus, cum terminus ille, nemo, communiter, & pro ente creato, & in creato supponat.

QVÆSTIO LXVI.

De nominibus collectiuis.

NEc aliud est dictu trinitas quasi trium vnitas, quàm trium distinctarum vnitas; Trinitas autem in diuinis numerabilis dicitur, ita, vt in ea verè numerus non intelligatur, nec quasi numerus, cum ibi vnitates non repetantur, nec numero, verè, numerabilia respondeant; Trinitas verò in diuinis ad aliud dicitur; sed non ita, vt extra, verum vt intra referatur; Ibi tamen nec triplex, nec triplicitas dici potest, quamuis trinus dicatur Deus; quia triplex vltra ordinem, possitionem dicit, quàm in diuinis non est reperire; Cum verò in diuinis dicitur, Deus est trinus, & vnus; nomen (Deus) indistinctè supponit pro tribus personis, vnus, respicit formam tantum, trinus verò, Theologicum trinarium personarum, prout supponuntur per

nomen,

nomen, Deus, determinans illas, secundùm quòd sunt vnius naturæ; At nullatenus in diuinis dici potest Trinitas trina, nam idem esset dicere, quòd tres trinitates; Dictum autem Athanasij vnitas in trinitate, & trinitas in vnitate est, ita præcipuè intelligendum est, ac si diceretur, trinitas est in Deo, quia est vnitas à Deo, vt iste terminus, Deus, supponat pro tribus personis.

QVÆSTIO LXVII.

De nominibus appropriatis.

RECtissimè Hylarius appropriauit patri æternitatem, filio speciem, vsumq; Spiritui Sancto, quia sicut æternitas est ens, non ab alio essentialiter, ita pater personaliter, & sicut species est ratio cognoscendi, ita generatio filij est in patre, vt notitia à mente, & quemadmodum vsus à volūtate vti à proximo principio est, ita processio Spiritus Sancti à notitia, & à mente; Iurèq; Augustinus attribuit vnitatem patri, quia sicut illa non est ab alia, sed alia ab ea, ita & pater in æternitate, æqualitatem filio, quia hic illi, non ille huic æqualis est, concordiamq; Spiritui Sancto, quia amor est, & connexio vtrorumq; illorum; Neq; ab re potentiam patri attribuimus, ne filio infirmiorē vetustate crederemus, sapientiam filio, ne imperitiorem, bonitatem Spiritui Sancto, ne crudelem aliquo

modo

modo arbitraremur; Hoc autem nomen, sapientia, vniuocè dicitur, aut personaliter, vel essentialiter in diuinis accipiatur, nam, & si sit diuersitas in suppositione, non tamen in significatione, cum vtrobiq; eadem significetur essentia; Et appropriatè personaliter dicitur, & si videatur aliquando Beatum Augustinum aliter sentire, intelligendus est, quantum ad suppositionem, non quantum ad signationem; Et ne notetur auctoritas aliqua in filio respectu patris, nullatenus pater sapiens dicendus est sapientia genita; Nec filius sapientia ingenita, sed bene de ingenita, vel ante genita; Ac procul dubio sapientia, causam rerum dicit, sed vt in dispositione; Nec simpliciter, & in se dicitur Deus, creaturas sapere, sed cum hac determinatione, scilicet in causa; Neq; summa sapientia ab irrationabilibus participatur, quippè in rationabilibus tantùm creaturis sibi sedem locasse videatur; Nec etiam à creaturis rationabilibus malis, propriè sapientiam accipiendo, scilicet, pro cognitione cum sapore, vtilitate, & dilectatione; Et quantum ad quia est, notio sapientiæ innata, & cognita nobiscum est à natura, sed non quantùm ad quid est, & quando est; Illa autem propositio in qua dicitur pater, & filius diligunt sese Spiritu Sancto, sic est exponenda, diligunt se Spiritu Sancto, idest dilectione, quæ est Spiritus Sanctus, nam propriè loquendo falsa est, neç simpliciter admittenda; Illis autem verbis ex ipso, per ipsum, & in ipso

ſunt omnia, nil aliud adſtruere voluit Apoſtolus, ex ipſo, ideſt patre creata ſunt omnia, per filium, per ſummam ſapientiam, in ſumma bonitate, in Spiritu Sancto.

QVÆSTIO LXVIII.

De nominibus notionalibus.

QVicquid dicat Præpoſitinus communis Theologorum ſchola in diuinis perſonis notiones ſtatuit, nec ab re, vel fruſtra, ſed verè, & rationabiliter; De quibus contraria opinari piè licet, pertinaciter autem deliberare nequaquam; Proprietaſq; in diuinis eſt, qua perſona à perſona diſtinguitur relatio habitudo perſonarum ad inuicem, qua perſona ad perſonam refertur, notio, qua propriè per ſe, & primo perſona à perſona dignoſcitur, atq; diſtinguitur, tùm etiam, qua ad perſonam comparatur; Notiones autem in diuinis quinq; ſunt, innaſcibilitas, paternitas, ſpiratio, & hæ patris ſunt, duæ primæ eius tantum, tertia cum filio communis, filiatio filij propria, & ſpiratio paſſiua, quæ ſolius eſt Spiritus Sancti; Relationes verò quatuor, paternitas, filiatio, communiſq; ſpiratio, proceſſioq;, duabus primis ad inuicem pater, & filius referuntur, tertia eſt eorundem ad Spiritum Sanctum, quarta huius ad illos; At perſonales proprietates ſunt tantùm tres, paternitas, filiatio, proceſſio, quandoquidem ea di-

ea dicitur personalis proprietas, quæ vni personæ solũ conuenit; circa quæ; & si multæ possent moueri difficultates, alijs tractandas, & dissoluendas relinquo; Cumq; in diuinis sit summa simplicitas, identificatur ibi persona, & sua proprietas; Et vtrq; proprietas Deus est, Deum, tamen abstractè intelligendo; Atq; cum essentia diuina simplicissima sit forma, omnino immaterialis, & incomposita, nullatenus in essentia diuina sunt proprietates, & notiones; Adiectiua autem essentialia de notionibus dicuntur, sed ea tantùm, quę ad rem essentiæ pertinent; Verum adiectiua notionalia, quæ de personis dicuntur de notionibus substantiuè dictis minimè dicuntur, cum adiectiua secundum dicendi modum semper quęrant substantiam, cui initatur huiusmodi notio; Et ex sententia magistri idem prorsus subinferre voluit Augustinus, quod, & Hylarius de comparatione assignationum, notionum, atq; proprietatum, sed non omnino eadem est assignatio, cum adiactiuè assignatur, & cum substantiuè; Minimeq; contingit proprietates significari abstractè, quantùm est ex natura rei, tametsi quantùm ad nostrum intelligendi modum, tùm in primis ad confundendas hęreses significari contingat; Si verò Gilbertus Porretanus asserens diuinas proprietates non esse essentiam, ita intellexit, vt solum intelligentię ratione ab inuicem differrent catholicè sentit, si autem quòd nullo pacto conuenirent (quod de tanto viro absit,) vt cre-

vt credamus) anathema sit; Proprietatesq; eiusdem personæ eædem sunt ad inuicem, personaliter, siue in persona, sed minimè notionaliter, vel in notione; Intentione huius nominis, proprietas, vel relatio, commune quoddam est, at non simpliciter, sed cum hac additione, secundum negationem, adeo vt dicatur commune secundum negationem; Proprietas verò, seu notio, vna personę de alia prædicari potest, sed non proprietas vna personalis de alia personali.

QVÆSTIO LXIX.

De nominibus notionalibus in speciali, & primo de innascibilitate.

INnascibilitas de Deo patre, neq; secundum substantiam, neq; secundum accidens, sed secundum relationem dicitur, non tamen secundum eam, quæ est sub accidentali prædicatione, quemadmodum in creaturis cum Deo nihil accidens esse possit; Quæ non est proprietas, sed notio per modum priuationis, immo secundum rationem intelligentiæ, perfectior quantùm est ex parte rei, ipsa paternitate; Et si accipiatur negatiuè patris est proprietas, si autem contrariè Spiritui Sancto conuenit; Eademque notio est, quæ paternitas personaliter, sed diuersa notionaliter; Quærenti autem, an remota per intellectum paternitate, adhuc pater intelligi posset sub proprietate inna-

scibilis, dicendum quod non, habito respectu, aut ad rei ipsius naturam, aut ad intellectum nostrum, principia fidei sequi volentem, sed solum secundum intellectum nostrum metaforicum, siue naturalibus rationibus progredientem.

QVÆSTIO LXX.

De principiis, & notionibus non connotantibus effectum in creatura.

NOmen hoc (principium) in diuinis analogicè dicitur; Et ideo ratio ipsius prius dicitur de principio generationis, & spirationis, quàm creationis, quàmuis humana intelligentia prius hoc quàm illud intelligat; Et si simpliciter, absolutè uè accipiatur, ab æterno dicitur, at si cum aliqua determinatione minimè; Ac omnes concedunt Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum respectu creaturarum vnum esse principium, tametsi diuersis rationibus omnibus tribus appropirietur; Per illa autem verba, pater est principium sine principio, filius principium de principio, & Spiritus Sanctus principium de vtroq; , magister sententiarum aliorum verba recitando, nil aliud inferre voluit, nisi notiones personarum diuinarum confusè, & indistinctè; Et quicquid alij dixerint, dicantq; doctor asserit hanc propositionem veram esse, essentia est principium Spiritus Sancti, Ita, & hanc pater, & filius

filius sunt, vnum principium Spiritus Sancti, sic intelligendo, quod vna spiratione spirant Spiritum Sanctum; Et quamuis pater, & filius dicantur vnum principium Spiritus Sancti, non tamen idem principium illius dici posset, cum terminus hic (idem) formæ, & suppositi vnitatem importet, quod in diuinis reperire non est, vbi sunt diuersa supposita; Atq; cum nomen hoc spirator habeat hypostasim pro substrato, quia patris, & filij, duæ sunt hypostases, non vnus spirator, sed duo spiratores dici debent; Dicuntur tamen pater, & filius Spiritus Sancti principium vnum, vnitate naturæ, siue rationis naturæ.

QVÆSTIO LXXI.

De missione communiter dicta.

IN diuinis missio est procul dubio, quę loci mutationem minime patitur; Et vtcunq; missio accipiatur, aut actiuè, aut passinè, quid est increatum, & idem quod Deus; Verbaq; ista mittere, & mitti essentiam, & notionem certò significant; & primò dicunt personam, siue respectum personæ ad personam ratione personæ, secundò cum significāt actum in personis respectu creaturæ, attributum ratione essentiæ; Missioq; de Deo non ab æterno dicitur, sed ex tempore.

QVÆSTIO LXXII.

De missione actiuè dicta.

PRoblematica apud Theologos videtur esse quęstio, an missio actiuè dicta conueniat toti trinitati respectu filij, & Spiritus Sancti; Patremq;, Filium, & Spiritum Sanctum mittere se, non nisi impropriè intelligi potest, & ratione effectuum collatorum; Si autem intelligatur Spiritum Sanctum actiuè misisse filium in carnem, eò quòd ipsius incarnationem effecerit; vera profectò est huiusmodi locutio, quandoquidem tota trinitas ibi cooperata sit, si autem, vt mittendi illum auctoritatem habuerit falsa prorsus, cum hoc solius sit patris, à quo generatione prouenit; Et nullatenus creatura etiam ratione cuiuscunq; ministerij, aut gratiam, aut Spiritum Sanctum dare potest, sed tantùm ad susceptionem illorum operari, vel cooperari, putà, interius, exteriusuè disponendo subiectum.

QVÆSTIO LXXIII.

De missione inuisibili passiuè dicta.

SI de missione inuisibili passiuè petatur à posteriori, quid sit, & quo ad nos, mitti est cognosci, quod ab alio procedat, si autem priori simpliciter missio est processio manifesta; siue manifestatio processionis alicuius personæ per aliquem effectum in rationali creatura; Et cum pater ab alio non sit iure

ei mit-

ei mitti non conuenit; Mittiq; secundum eandem rationem conuenit, & filio, & Spiritui Sancto, veruntamen ratione emanationis de filio, & visibilis manifestationis per prius dicitur de filio, quàm de Spiritu Sancto, sicut viceuersa ratione inuisibilis manifestationis per prius de hoc quàm de illo dicitur; Et quamuis aliquando simul dentur filius, & Spiritus Sanctus, tamen vnus sine alio dari potest, & mitti; Rationeq; eius, à quo missio est, & ratione eius, ad quem est, æquè Spiritus Sanctus, vel filius datur nunc, ac olim ante incarnationem, & ratione effectus in creatura, vberius, nunc, quàm antea vterq; datur, quia dispositiùs homines se habent nunc, quàm tunc; Ac ad creaturas rationales tantùm mittuntur, vel missi sunt, & etiam ad Angelos, quamuis non secundum omnes illos effectus, secundum quos ad homines; Ad Christum autem hominem Spiritus Sanctus missione tantùm visibili, & exteriori, putà in specie columbæ, vt certissimi redderentur alij in eo omnem Spiritus Sancti plenitudinem inhabitasse; Et quando Spiritus Sanctus datur, vtcunq; in se, & in donis, vt dispositionibus ad fruendum; Dictæ autē duæ personæ, scilicet filius, & Spiritus Sanctus, accipiendo missionē extenso nomine dici possunt mitti per dona gratis data, at pressius missionem sumendo, dicendam arbitramur sine præiudicio alicuius melioris sententiæ, neutrum illorum mitti, aut dari, nisi ratione alicuius effec-

tus

tus ad gratiam gratum facientem pertinentis; Ac etiã dici possunt mitti ad augumentum gratiæ non præexistentem augendo, sed aliam nouam conferendo.

QVÆSTIO LXXIV.
De missione visibili passiuè dicta.

Missio visibilis est manifestatio missionis inuisibilis facta in creatura visibili, & hoc per aliquem actum creaturę corporalis, vel est manifestatio personę, vt emanãtis ab alia, & inhabitantis in alio; Et est ad manifestationem personę, vt inhabitantis per gratiã, non quamcumq; , sed per plenitudinem gratiæ ad alios redundantis; Nec tantùm filius est Spiritus Sanctus, sensibiliter visi sunt, sed, & pater in voce tanquàm insigno personæ suæ, & filij magis expressiuo, & tunc maximè quando cęlitus auditum fuit, hic est filius meus dilectus &c. & iterum clarificaui, & iterum clarificabo; Ac excepta apparitione, qua filius Dei in carnem apparuit, reliquæ omnes species, & voces, quæcunq; ille fuerint per Angelos administratę fuerunt; Et in illis speciebus, in quibus missi sunt, fuere filius, & Spiritus Sanctus, velùti declarat doctor iste in refragabilis, & ferè omnium Theologorũ magister, idest filius dicitur esse in carne, in qua apparuit tãquã vnitus vnitate personali ad semper, Spiritus verò Sãctus fuit in columba, flatu, & igne, tanquã signatũ in signo, scilicet præsentiæ suæ ad tẽpus.

FINIS.

SVMMVLA RESOLVTIONVM SECVNDÆ PARTIS ALEXANDRI DE ALES.

QVÆSTIO PRIMA.

De prima cauſa, ſiue de primo principio.

PRIMAM cauſam, quid ſecundum ſubſtantiam ſit, nullatenus hic in via propter nimiam noſtri intellectus imbecillitatẽ cognoſcere licet, ſic autem erit in patria, vbi ſicuti eſt, illam apprehendemus; Nec boni, & mali duo ſunt diuerſa principia, ita quòd ex ęquo ſe diuidant, ſed alterius tantùm, ideſt, boni propriè principium eſt, quia efficiens, mali autem non niſi communiter, quia deficiens; Bonorumq; tàm corporalium, quàm ſpiritualium vnicum eſt principium, ideſt, Deus, opifex autem, & materia

duo sunt corporalium principia ad inuicem dependentia, vtputà materia ab opifice.

QVÆSTIO II.
De rationibus causarum in generali.

RAtiones causæ efficientis, exemplaris, & finalis, si actualiter sumantur, non ab æterno, sed ex tempore in Deo sunt, secùs si habitualiter; Quæ in substantia, prima vnius, & eiusdem sunt substantiæ, quamuis in causis naturalibus propter earum imperfectionem, aliter dicendum sit; Quæ, & si in creaturis aliquem prioritatis ordinem habeant, in Deo tamen simul ab æterno sunt.

QVÆSTIO III.
De causa exemplari.

NE Deum perperam, aut inconsultò quidquam fecisse adstruere cogamur causam exemplarem omnino statuere compellimur, quę cum causa efficiente secundum substantiam vna, & eadem sit, vna tantùm, & indiuisa ponenda est secundum essentiam, tametsi plures secundum exemplata; Et est respectu productorum, possibiliumq; produci, nullatenus autem respectu malorum.

QVAE-

QVÆSTIO IIII.
De causa finali.

LIcèt causæ finales proximæ plures sint, & diuersæ, vnica tamen est omnium generalis, atq; suprema; Quæ idem est, quod Deus; Qui finis vltimus, vt beatitudo summa est, idem quod Deus, non ab omnibus appetitur, sed ab ijs tantùm, qui vel ex acquisitione, vel ex dono id norunt, ab omnibus autem naturaliter appetitur sub ratione generali, idest, vt bonum summum confirmatiuum, omnisq; terminatiuum.

QVAESTIO V.
De causa efficiente.

DEfectuum culpabilium, siue peccatorum nullatenus Deus est causa, defectuum verò inuoluntariorum, seu pœnarum non totalis causa, sed partialis dicitur, quandoquidem nostra demerita super nos flagella inducunt, defectus autem naturales, naturæ nostræ, ex nihilo existenti tribuantur, qui cum à nullo cogi possit, non necessitate coacta, sed gratuita voluntate cuncta creasse credendum est, & in ijs, quæ sunt per creationem se ipso agit, nullo addito?

QVÆSTIO VI.

De causa prima in actu.

QVærenti autem; quomodo verba illa Apostoli intelligantur; ex ipso; per ipsum, & cum ipso, dicendum est, quòd ex ipso notat originem, signatq; patris potentiam, in ipso bonitatis continentiam, quæ Spiritus Sancto tribuitur, per ipsum efficientiam ab alio, quæ filij est, & sic ijs hæc appropriantur, ita vt etiã tribus sint communia; Creare autem, & facere, sub propria significatione diuersa sunt; Iureq; creare actio est nobilior, atq; præstantior omnibus alijs, tùm quia actio est simplicissima, tùm quia à præstantissimo principio. Et cum Deus summè simplex sit, omniaq; sibi identificans, ideo creatio idem erit, quod ipse, & à nullo alio quidquam creari potest; Creatioq; actio non est in nunc temporis, nec post nunc, nisi quò ad terminum temporalem, quem respicit, quàm Philosophi cognoscere potuissent, si vltra materiæ considerationem progressi essent.

QVAESTIO VII.

De proprietatibus creaturarum in comparatione ad causam.

SI quis autem doctorem interrogaret, quid ijs tribus designetur, scilicet, mensura, numero, & pon-

pondere, illico responderet, quòd mensura dicitur dispositio secundum quam res est in se finita, quantùm adesse, & virtutem; Numerus, vt habet formam, & speciem, qua ab alia re secernitur; Pondus autem dispositio, secundum quam ordinatur in finem; Et ista tria sic intellecta, omnibus rebus insunt, formaliter tantùm creaturæ conueniunt, effectiuè verò etiam Creatori competere possunt, & in creaturis sumuntur in relatione ad rationes causæ, quæ sunt in creatura; Et tantùm tres sunt, quia tantùm trium causarum rationes Deo conueniunt, ac procul dubio creatura intelligi potest sine ijs, simpliciter, & absolutè, at minimè in comparatione ad causas exteriores, si autem dubitetur, an hæ creaturarum proprietates in comparatione ad causam, scilicet, mensura, numerus, & pondus à cęteris huiusmodi, & differant, & cum eisdem ordinem habeant, dicendum quod sic, quamuis in scripturis, quandoq; conuertantur.

QVÆSTIO VIII.

De vestigio.

VNiuocè dicitur, tametsi secundum prius, & posterius, & propriè dicitur pedis impressio, vel in puluere, vel alio huiusmodi, at per translationem impressio dicitur Trinitatis in creaturis, non in se, cum figurari non possit, sed per quasdam rationes; Et om-

nibus creaturis inest secundum magis, & minus, & profectò trinitatis, tametsi nihil prohibeat, vt diuinæ essentiæ, siue ipsius Dei dicatur, & à creatura ea manente, nullatenùs tolli potest, & nisi eo abutamur ad id, cuius est vestigium adducemur.

QVÆSTIO IX.

De creatione passiua.

CReari si dicitur mutari, non nisi communiter acceptum, in qua idem est, creari, & quod creatur, cum nullatenus alterum præcedat alterum; Cumq; Creator sit ens non ab alio, creatura ens ab alio mediũ habere non poterant; Diuersaq; consideratione ipsius creari, & materiæ, & formæ, & quæ primò ex ijs fuere conuenit; Nec ijs, quæ fiunt à natura, nec illis, quæ fiunt à voluntate creaturæ rationalis creare conuenit; Cum totum ijs, quæ mirabiliter fiunt; Et propriè substantijs conuenit; Discriminanturq; ab inuicem Augustinus, Gregorius, & Hieronymus in ordine; productionis rerum, Augustino dicente, tantùm ordinem nobilitatis attendi, alijs verò, & temporis; Nec quidquam ibi operatur creatura, cùm Creatori nequaquam æquari possit; Et in tempore, & ante tempus, & cum tempore creari dicere possumus, iuxta temporis multiplicem sumptionem; Et cum dicitur ex nihilo aliquid creari, par-

particula illa, de nihilo, ordinem dicit, idest, post nihil, aliquid fit.

QVÆSTIO X.

De substantia creaturæ secundum se.

CReatum esse, materiæ, formæ, compositoq; conuenire non dubito, verum principalius huic tertio; Aptiusq; Moyses non potuit creaturarum vniuersitatem demonstrare, quàm per Cœlum, & Terram; Esseq; creati secundum rationem est, vniuersalis, & particularis, verum vnius in altero, scilicet, vniuersalis, in particulari, in quo saluari, & conseruari habet.

QVÆSTIO XI.

De multitudine creaturarum.

MVltitudo à Deo est primo principio, vel efficiente, sed per modum vnius, Diuersitatisq; rerum vna est causa efficiens, exemplaris, cuius quidem diuersitatis ratio, tùm à forma, tùm à materia, tùm deniq; à tempore desumitur, nec ob aliud producta, nisi vt Dei potentia, sapientia, atq; bonitas manifestaretur.

QVAE-

QVAESTIO XII.

De simplicitate, & compositione creaturarum.

QVarum, quædam sunt simplices, quędam compositę; Compositioq; causam habet materialem, & efficientem, formalem autem non nisi à se ipsa; Compositionum insuper differentię ordinatę sunt ad inuicem, secundum prius, & posterius, ita vt prima sit, ex quo est, & quòd est; alia ex partibus secundum definitionem, tertia ex materia, & forma, quarta ex partibus ętherogeneis, quinta ex partibus integralibus, postrema ex partibus numeralibus; Creatura quęuis ita compositione ex quo est, & quod est, composita intelligatur, vt si in se eam non habeat, cum alio saltem ad cōstitutionem tertij veniat, & hęc iure prior, & vniuersalior censenda est, tùm maximè, quia sola diuinę essentię inest; Ratioq; componibilis non omni rei conuenit, ita quòd ex ea aliquid fiat, siquidem nonnullę res, ita sunt in se completæ, vt ad vlterius complementum nullatenus ordinentur.

QVÆSTIO XIII.

De mutabilitate creaturarum.

SI communiter mutatio accipiatur, vniuocè dicitur, si proprie nequaquam, & quæq; creatura immutabilitatis est expers, & ad nihilum tenderet, nisi

diuina

diuina potentia cõseruaretur; Posset tamen Deus creaturam immutabilem facere, auferendo actum, sed non potentiam.

QVÆSTIO XIV.
De æternitate mundi.

A Philosophis dicta de mundi ęternitate, vti Prophetis, sacris literis, fideiq; contraria fidelibus singulis anathema sint; Mundus autem, quamuis quò ad sua principia ęternus dici possit, quãtùm ex parte finis, hoc ex sui conditione minimè, sed conditore donante, ex parte autem motus, nec à parte ante, nec post ęternus comprehendi esse poterit; Quę verò fuerint, & quot, primęuę creaturę diuersi diuersa senserunt, nonnullis dicentibus duas esse, alij tres, quatuor, quinq; sex, & septem, vt potè Cœlum Empireum, naturam angelicam, materiam primam, tempus, aquam, animam, & lucem; quę omnes sententię, iuxta diuersas considerationes, nequaquam sunt inconuenientes; Mundusq; esse cepit, non tamen ex pręiacenti materia.

QVÆSTIO XV.
De localitate creaturæ.

Creatura omnis in quantùm pura creatura in loco est, saltem quia ita est præsens alicubi tota, quod tota

tota alibi esse non potest; Neq; eodem modo in loco sunt omnes, nam corporeę creaturæ, ita in loco sunt, vt pars corporis in parte loci sit, totumq; in toto; præter altaris Sacramentum, Incorporeæ verò, totum sunt intra, nihilq; extra; Siq; localitas dicat dependentiā à corpore, vt sic aliqua creatura sine ea esse potest, secus autem si dicat vniuscuiusq; creaturę terminationē.

QVÆSTIO XVI.
De pulchritudine vniuersi.

PVlchritudo nil aliud est, quàm dispositio ex parte formæ ad exterius relata; Inter aptum verò, & pulchrum talis est differentia, quòd pulchrum ad se dicitur, aptum verò ad alterum; At quærenti, si malum culpę, pœnę, & monstra, pulchra sint, dicendum est, quòd malum culpę non, nisi, vt ex ipso, bonum elicitur; Pœnę autem in respectu vniuersi, & monstra, vt à Deo sunt, pulcherrima singula dici possunt; Vniuersum autem ita pulchrum est, quòd secundùm se totum augeri non potest, quamuis secundùm partes, cuius pulchritudo consistit in specie, numero, rerumq; ordine; Ad cuius pulchritudinem, etiam mala conferunt, non absolutè; sed secundùm pręsentem statum, vti, & res bonę, quamuis mutabiles, & mirabilia secúndum statum destitutum; Incarnatioq; verbi secundúm statum reparandi; sine

qua

qua non potuit humanum genus decentius reparari.

QVÆSTIO XVII.

De ordine vniuersi.

ORdinis quidditatem assignantes secundum patris Augustini doctrinam, dicimus esse parium, disparium〈q〉; rerum sua vnicuiq; loca tribuẽtem dispositionem; Nihilq; in hoc mundo inordinatum est, quamuis eius ordo nos aliquando lateat, & homo finis est intra, omniumq; sunt, quia singula ei subueniunt, vsq; ad generalem resolutionem, & vt vniuersum perfectum foret, necessaria fuit inæqualitas, cuius ordinis in vniuerso causa sunt potestas, sapientia, & voluntas diuina, indiuisim appropriate tamen sapientia ipsa.

QVAESTIO XVIII.

De perfectione creaturarum in vniuerso.

VNiuersum ea ratione perfectum dicitur, quia ei nihil deest, & extra quod nihil; Cuius perfectio in bonis est, in malis autem, vt expedientia sunt; Deficientibus autem in vniuerso angelis, & hominibus imperfectum esset, quo ad sufficientiam partium, non tamen quo ad agentis perfectionem in regendo; Absit autem, vt mundum animatum dicamus, eius autem

perfectio in speciebus generibus, & indiuiduis consistit, in his secundum actum, in illis secundum virtutẽ; Minimèq; quod in mundo est, imperfectum dici debet respectu totius.

QVÆSTIO XIX.
De Angelis quò ad fieri.

Angeli non ante sex reliqua dierum opera creati sunt, siq; autem in hac materia prioritas, in sacris, vel apud sanctos reperiatur perfectionis dicenda est, seu dignitatis, & non temporis, an angeli simul in naturalibus boni creati sint, & gratuitis, vel tantùm in illis, cum non desint opiniones diuersæ; problematicus esto; Iureq; ob multas rationes in loco corporali creatos fuisse sustinendum est; Atq; in Cœlo Empyreo, quod Beda Angelis statim repletum fuisse affirmauit, non materialiter, sed propter ornatus congruentiam, omnibusq; angelis repletum, sicut tunc omnes innocentiam habebant, tametsi nonnulli postea ceciderunt.

QVÆSTIO XX.
De Angelis quò ad substantiam.

Vtroq; Testamento certi sumus Angelos esse, & secundum naturalia lumina semper fuisse splen-

dentia: at non splendidissima, nisi post habitam gratiæ gratumfacientis formam, recteq; à Damasceno definitos esse, si non per genus, & differentiam, saltem per virtutem, & essentiam. Idem vnusquisq; disseret de illa Dionysij si rectè singulas particulas comprehenderit; Quos nō iniuria personas esse affirmabimus; Personæ, quæ differunt qualitatibus quibusdam, quæ sunt intelligentiæ perspicacitas, voluntatisq; facultas, nec ab re discretio personalis vnum inter Angelorum attributa connumeratur, qui quidem Angeli, & anima rationis, proculdubio specie differunt, physicèq;, quia illa vnibilis, isti non, logicè, quia illi modo simplici intelligunt, ista cum discursu, methafisicè, quia anima intelligit mediantibus phantasmatibus Angeli sine, Theologicè verò (saluo semper meliori iudicio) quia illi vertibiles immutabiliter, ista autem mutabiliter; Ac ex pluribus apparet Angelos inter se specie differre; Pluresq; sub vna specie esse, tot, tantosq; Angelos à Deo produci, non prorsus oportuit, sed congruenter decuit, vt, & tantæ maiestati reuerenter astarent, & eius iussa circa creaturas protinus perficerent.

QVÆSTIO XXI.

De potentia, & actibus Angelorum in genere.

POtentia Angeli non est idem omnino, quòd eius essentia, quæ non est simplex omnimoda simplicitate

citate

citate, sed ideò idem quodammodo dicitur, quia se ipsa omnino potest; cuius potentia non est semper in actu suo, ita vt, hic illis sit Cœuus, sed paululum distat, vt quidquam quandoq; velit, & protinus, non simul efficiat, cum nullum impedimentum sit ex parte suæ potentiæ; Et cum creatura sit, potentiæ eius plures sunt.

QVÆSTIO XXII.

De potentia cognitiua Angelorum.

IN quibus proculdubio potentia intellectiua est, & siq; potentia sensitiua in eis est, non sensitiuo, vt in nobis, sed intellectiuo modo, immò vnum, & idem cum illius intellectu est, & intellectus cum ratione, si ratio communiter accipiatur; Cum vt talis ab intellectu non distinguatur, intellectusq; agens, & possibilis, sed longe alio, & alio modo, quàm in hominibus; Intellectus insuper speculatiuus, & practicus, rectè intelligendo.

QVÆSTIO XXIII.

De modus cognoscendi Angelorum.

QVorum cognitio matutina, & vespertina, ex Beato Augustino respectu diuersorum dici potest, & vtraq; naturalis, & si præter duas dictas cognitiones in An-

in Angelis alia ponatur ad vespertinam reducatur; Et illa, quæ habetur in verbo matutina appellata, potior est, atq; præstantior, ergo etiam illa, qua verbum agnoscunt, matutina est dicenda, vespertina autem cognitio, quæ in Demonibus ponitur longe ignobilior est illa bonorum Angelorum, cum illi coniecturaliter agnoscant, hi verò certitudinaliter.

QVÆSTIO XXIV.

De differentijs cognoscibilium ab Angelo.

DEum Angelus cognoscit per se ipsũ, atq; per medium, angelusq; Angelum cognoscit per speciẽ eius non innatã, sed acquisitam, Est enim in ipso, sicut in anima vis, tùm dandi, tùm recipiendi formam intelligibilem, licèt nõ ęquè, inferiora autem cognoscit, nõ illa in ipsum, sed ipse in illa agendo; Iustitiamq; naturalem indifferenter agnoscunt, Angelus bonus, & malus per propriam speciem, Angelus autem bonus speculatiuè, & practicè simul, at malus speculatiuè tãtùm; Iustitiam verò gratum facientem, bonus per se ipsam cognoscit, sed malus per effectum.

QVAESTIO XXV.

De prouidentia Angelorum.

ANte prælium, & boni, & mali fuere incerti, illi

suæ

ſuæ ſtabilitatis, hi ſui caſus, poſt prælium verò vtriq; certiſſimi, & Angeli mali nullatenus caſum ſuum pręſcire potuerunt, ea ſaltem ratione, quòd iudicia Dei abyſſus multa; Quando autem Auguſtinus dixit, quòd ſuum caſum præſcire non potuerunt, quia ſapientia eſt fructus pietatis per ſapientiam ſummam deiformem intellexit, datam rationali creaturæ ad ſuum ſpirituale commodum.

QVAESTIO XXVI.

De quibuſdam archanis cognoſcibilibus ab Angelis.

MIſterium incarnationis, & redemptionis humanæ à principio angeli quidam ſciuere, alij non, primum in verbo, ſecundum in proprio genere; Quęrenti autem, an Angeli ex ſui natura cognouerint primitus res naturales, dicendum quod ſic, idq;, vel per ſimilitudines innatas, quòd & rectius dictum videtur à principio conditionis datas; Noſcunt autem, quæ libero arbitrio ſubſunt, non per ſe, hoc enim ſolius Dei eſt, ſed per inditia, non quæcunq;, ſed quæ ab eis diſcerni poſſunt, quæ autem omnino in diſpoſitione diuina erant, vel alterius Angeli, vel hominis libero arbitrio ſuberant, huiuſmodi futura nequaquam certitudinaliter, ſed ſolum coniectualiter, in prima poteſtate naturali Angeli boni conſtituti cognoſcere potuerunt, iam verò in gratia confirmati, quæ futura cognoſcunt

gnoſcunt in ęternis rationibus, vel legibus, at Demones coniecturaliter ſemper, & ſub obſcurè, idq; aut ex diuturna experientia, aut ex acumine intelligentię, aut ex reuelatione ſupernorum ſpirituum; Ex bonis Angelis quidam naturali cognitione nouerunt, Deum veniſſe in carnem, quidam non ad plenum, noſcere tamen potuerunt in ipſo in carne apparente; demones verò, quiq; mali Angeli dicuntur extraneo quodammodo, & remota coniectura potuerunt, ideſt, cohibitione ſuæ poteſtatis prauæ; Longèq; amplioris celeritatis eſt Angelus in cognoſcendo, quàm homo, ſicut longè vicinioris appropinquationis ad aſpectum diuinum eſt ipſe, quàm ille.

QVAESTIO XXVII.

De locutione Angelorum.

INtelligibilis locutio eſt in Angelis, non autem ſenſibilis, vt in homine, & ſi ratio locutionis attendatur ex parte finis multipliciter dicitur, ſi autem ex parte formæ ſimpliciter, ſed tamen ſecundum prius, & poſterius; Cum Angelus loquitur Deo, alij Angelo, & animæ; Differenterq;, & quaſi ęquiuocè dicitur locutio, cum de Deo dicitur, reſpectu Angeli, vel animæ, & de Angelo reſpectu Dei, vel alterius Angeli, aut animæ, Deus enim, nec ab Angelo, nec ab anima quidquam recipit, ſed ipſi ab eo; Qui cum per Angelum

gelum nobis loquitur, vna, & eadem est ipsius, & Angeli locutio, sed ipsius, vt primò, Angeli verò, vt proximò mouentis, nec cum nobis loquitur, semper per medios Angelos, sed interdum per se, vel alijs, quã pluribus modis; Angelumq; Angelo loqui nil aliud est, quàm cum vult suam sibi intelligentiam cõmunicare; Videre, intelligere, & loqui actus differẽtes sunt, naturaliterq; ordinati; Nec æquè superioribus Angelis, & inferioribus locutio inest gratiã insequẽs, sed benè naturam insectans, quare superiores propriùs inferioribus influere dicuntur, inferiores verò superioribus referre; In quorum locutionibus nutus medij requiruntur, non corporales, sed spirituales, non re, sed ratione tantùm à verbis differentes; In locutione insuper gratiam insequente, loquente vno Angelorum, necessario alter intelligit, non sic in locutione insectante naturam, sed liber est, qui audit, similiter audiente, & loquente infra propriæ naturæ limites existentibus, nulla requiritur localis propinquitas, in assumptis verò corporibus vtiq;.

QVÆSTIO XXVIII.

De synderesi, & voluntate Angelorum.

Confitentur omnes Sancti fuisse, & esse in Angelis voluntatem naturalem.

QVÆSTIO XXVIII.

De libero arbitrio Angelorum.

FAtemur in Angelis naturaliter liberum arbitrium esse; Quod quidem si extendatur dictio, illa rationis, nil aliud est, quàm quòd in homine, idest, facultas voluntatis, & rationis, qua &c. Et quantum ad libertatem à coactione, æquè est in Angelis, & hominibus, quò autem à peccato, & à miseria magis in Angelis, quàm in hominibus; Nec vtriq; in ipsis consimilis liberi arbitrii vertibilitas, cum semel in Angelis, & hominibus pluries propter corpus agrauans; libertas autem, qua Angelus cogi non potest, non se ipsa eidem inest, sed mediante voluntate; Nec ex eodem principio, nec ex differentibus est vertibilitas liberi arbitrii in homine, & in Angelo, prout boni, & mali est, sed posse in bonum est ex principio, at posse in malum ex defectu; Qui in alio instanti cœperunt esse, & in alio se auerterunt, quare supponenda est morula aliqua inter media; Nec in eisdem ponenda est ratio superior, & inferior; Sed benè irascibilis, & concupiscibilis, prout actus huius est mali fuga, illius autem boni appetitus, sed non prout indigentias, & pœnalitates inferunt.

QVÆSTIO XXX.

De naturali dilectione Angelorum.

PLura sunt ab Angelis naturali dilectione diligenda, Deus, Coangeli, homines, tùm secundum animam, tùm secundum corpus, & demum vniuersa creatura diuersimodè tamen; Quæ secundum varios respectus dici potest ordinata, atq; inordinata; Seq; naturali dilectione diligunt, tùm amicitiæ, tùm concupiscentiæ, & complacentiæ, capiendo autem diligere pro adhærere secundum effectum alicui bono in quantum bonum, Angelus naturaliter magis Deum, quàm se diligere potuit, sicut illum se meliorem agnoscere valuit, secus dicendum esset in alia significatione, ij etiam Angeli alium Angelum naturali dilectione, vt se, sed non quantum se diligunt, idq; quantum eandem naturam intellectualem communicant, & homines diligunt naturali dilectione ratione corporis, & animæ, secundum animam primùm, secundum corpora consequenter, & ingratuita dilectione diligunt se propter Deum, sed in naturali se propter se, ita tamen, quòd (propter) non dicat finem concupiscentiæ, sed rationem ex parte subiecti, naturam ad talem actum illum inclinantem; Quæ autem differentia esset, inter dilectionem naturalem Angelorum, & mercenarium, si eis talis dilectio infuisset hæc profectò, quòd illa à natura, vti ab origine, hæc verò à gratia;

Nunc

Nunc autem in Angelis glorificatis amor naturalis, siquidem totus ab amore gloriæ absortus est, non quidem secundum substantiam, sed secundum id, quod in eo imperfectionis est; Dæmones autem quamuis non actualiter, saltem habitualiter naturali dilectione Deum diligunt, se verò etiam actualiter.

QVÆSTIO XXXI.
De dilectione electiua Angelorum.

IN Angelis est electiua dilectio non quouis modo, sed vt eligere est alterum alteri præoptare; Qua Angeli boni Deum diligunt, vt omnium creator est, rector gratiæ, gloriæque perfector, eundemque per se eadem dilectione diligere potuerũt, sub ratione generali, non autem sub ratione glorificatoris, ad quod sine gratia non peruenitur, seque & alium Angelum, hac dilectione diligunt.

QVÆSTIO XXXII.
De localitate Angelorum.

ANgeli tametsi Spiritus sint, in loco sunt, sed diffinitiuè adeò vt, hic sint, & non ibi, qui cum virtutis determinatæ sint, vbique esse non possunt, nec in pluribus locis, simul per præsentiam, sed solùm per effectum suæ potestatis.

QVAESTIO XXXIII.

De motu Angelorum.

CVm Angelus vbiq; non sit, quia hoc solius Dei proprium est; & quandoq; mittitur, necessariò localiter mouetur, & dum mouetur, per medium mouetur, non tamen cõmetiendo se partibus loci, sed respiciendo terminum à quo,& ad quem: ita exigente natura motus localis; Et ex se localiter definitiuè mouetur sine corpore, circumscriptiuè tamen cum corpore assumpto.

QVAESTIO XXXIV.

De motu Angelorum cum corporibus assumptis.

VT vniuersitati rerum nihil omninò desit, statuendum est Angelos, non à corpore esse separatos, corporeq; indigere in operationibus nos concernentibus; Quos corpora assumere nil aliud est, quàm corporalem creaturam sibi coniungere, vel quasi vnire ad manifestationem diuinam, vel sui; Corporaq; ab ipsis assumpta de superiori aeris parte, tanquam puriori, at Demones non nisi de inferiori; Eorum autem est preparare huiusmodi corpora, at Dei organizare; Et nequaquàm ad omnes actus corpora assumunt, sed ad ipsorum manifestationem, & Dei demonstrationem; Nullus insuper dubitare debet, quod species illas, in

quibus olim Deus apparebat, & Deus, & Angeli effingebant, sed Deus auctoritatiuè, & Angeli ministerialiter.

QVAESTIO XXXV.
De actibus Angelorum in corpore assumpto.

DIcant, qui melius sentiunt, nobis quippè videtur, quod si motus sensitiuus in eis est, impropriè est, & iam in corporibus assumptis verè comedebant, at non ex necessitate, sed ex potestate, & familiaritate, quorum motus in tempore fiunt citius, quàm si propriç naturç relinquerentur, immò citissimè iuxta intentionem virtutis Angeli mouentis; Et quamuis corpora assumpta organo ad formationem vocis determinato careant, cum maioris sint virtutis, quàm animantia hęc inferiora per se ipsos, & propria virtute in aere sine instrumentis vocem formare poterunt.

QVÆSTIO XXXVI.
De missione Angelorum.

AVctoritatiuè, & principaliter Angeli à solo Deo mittuntur, secundariò autem, & ex potestate collata etiam ab alijs Angelis, bonosq;, & malos mittit Deus; & cum diuersę extent opiniones in hac materia: an, scilicet, de quolibet ordine, Angeli boni mittantur,

tantur, tu accipe quamlibet, qui ad nil aliud mittuntur, nisi vt Dei iussa perficiant, aliquidq; acquirant, & si omnes Angeli ad omnia officia explēda parati sint indifferenter, quidam nihilominus ad quædam peculiariter deputati sunt.

QVÆSTIO XXXVII.
De præsidentia Angelorum inter se.

SI prȩlatio dicatur prȩeminentia in donis gratuitis, aut naturalibus: vtiq; ab initio conditionis in Angelis fuit, si autem prȩeminentia ad imperandum nequaquàm; Vnusq; alij ex bonis Angelis ex gratia prȩest, sed eius prȩsidentia, vel imperium à prima præsidentia, & imperio est, idq; dum propter hominum salutem huc mittuntur; nullusq; dubitet etiam Demones Demonibus, vsq; ad æcumenicum iudiciū præesse.

QVÆSTIO XXXVIII.
De reuelatione Angelorum.

REuelatio ab Angelo Angelis facta profectò necessaria est, at quò ad dispositionem; Quȩ si fuerit de ijs rebus, quas à verbo, & in verbo acceperunt à gratia est, si verò de his, quæ sibi superiori secundùm se nota sunt, alicui inferiori incognita, vt sic à natura est, & fit per medium spirituale.

QVAE-

QVÆSTIO XXXIX.

De præsidentia Angelorum super animas.

ANgelus bonus ex ratione suæ naturæ potestatem habet super potentiam sensitiuam animæ interiorem, & exteriorem, non tamen, vt contraria naturæ efficiat, sed vt per subiecta naturæ illas commoueat; Qui ratione status, in quo nunc est, non nisi veracem visionem imprimere potest, quamuis ratione bonitatis suæ naturæ, nedum veracem, qua instruat, sed fallacem, qua decipiat visionem imprimere aptus sit, tametsi magis illam, quàm istam; melius, & ineffabilius quibusdam modis facili quadam, ac præpotenti mutatione visa sua nostra esse faciunt, visionemq; suam in spiritu nostro informant; Et fiunt de his, quæ cursu voluntario fiunt adhuc, & de mirabilibus.

QVÆSTIO XL.

De præsidentia Angelorum respectu potentiæ intellectiuæ cognitiuæ.

ANgeli non omne, sed aliquod tantum posse supra intellectum humanum habent, ita tamen, vt liberè huius sit suscipere, vel non suscipere effectum actionis illorum; Qui, & si intellectum incendere dicantur, hoc præparatiuè solum est, propriè autem cogita-

gitationes bonas immittere, vel incendere solius Dei est, ac eodem modo dici possunt voluntatem incendere, velut, & intellectum; Et hanc intelligendo etiam cogitationes incendunt, quia excitant, & habilitant intellectum ad illas, aliquid in phantasmatibus, & circa phantasmata operando, aut spiritum, vel cognitiuam expediendo per impedientium ablationem.

QVÆSTIO XLI.
De custodia Angelorum.

QVamdiu homo hic est, quia ad casum spiritualem secundum animam facilis est, decuit, & congruit, vt custos ei adhiberetur, idest Angelus, cuius suasu non sic facilè in vitio prolaberetur, & custodiam de homine habet à natura, vt à principio, à gratia, vt à proximo, Angeli autem cum in gratia sint confirmati, custodiri non indigent; Adam autem etiam in illo rectitudinis statu Angelo custode indiguit, ne ita de facili laberetur, à Christo autem penitus est negandus Angelus custos; Infantium verò in vtero, & extra vterum curam habent; Nec Antichristus Angelo custode carebit, si non in profectum, saltem vt resurgat, & nè tot scelera committat: Nunquàm etiam custoditum, quàmuis malum in hac vita derelinquent; Nec custodire negligũt, instanterq; laborant, nè damnentur; Nec est æqua resistentia, vel decertatio Angeli boni

boni ad bonũ, quę boni ad malũ, vel vice versa mali ad bonũ decertant; Boni, & boni, vt illud idem impleant concorditer, sed varia in custoditis meritorũ exigẽtia in causa est, vt non paria illi ad inuicem sentire videantur.

QVÆSTIO XLII.
De miraculis, & mirabilibus.

A Definitione inchoantes iuxta doctrinam Beati Patris Augustini, dicimus miraculum esse quicquid arduum, & insolitum supra spem, & facultatem admirantis existens; Nec opus creationis, nec gubernationis propriè miraculum dici potest, cum non sit contra alicuius naturæ particularis determinatum cursum; Opus autem incarnationis mirum, & mirabile dici potest, sed non miraculum; Idem dicendum de formatione Euæ ex costa Adæ, nec iustificatio impropriè miraculum erit; Nec opus resurrectionis, nec monstra cum errore naturę fiant; Deusq; si quando videatur contra naturam agere, id intelligendum est contra cursum naturæ hominibus notum, nec aliter, & fiunt miracula ad virtuosę operationis manifestationẽ, hominumq; circa fidem eruditionem; Ac ea operari authoritatiue solius Dei est, & si alicubi alijs Angelis attribuatur, intelligendum est præparatiuè, & dispositiuè, mirabileq; de omni materia fieri potest, haud tamen miraculum, & multiplicantur duobus modis in

genere, decemq; in specie, Quærenti, respondeo affirmans rationem seminalem primordialium non esse idem cum ratione naturali, sed causam seminalem rerum. nunc ex primordialibus descendentium vtiq;, insuper largè loquendo rationem seminalem, & causalē, idem esse, secus si pressius; Quas rationes causales, seu primordiales in Deo, dicimus esse propriè loquendo, in rebus autem communiter; Et quatuor rationum genera esse, idest, ratio immutabilis, causalis, seminalis, & rationalis; Et ita rationes seminales à Deo, à principio rebus inditæ sunt, vt in potentia obedientiali ad quæcunq; operatum mediata, & immediata essent de eis eidem facere posset, qui luberet, & hæc potentia omnibus æqua, & eadem, sed cum creatori placeret; Ad fidemq; principaliter miracula impetrare pertinet, ad spem autem, & charitatem coadiuuanter; Ac ad primum fidei articulum, idest patrem omnipotentem miracula operari, & fiunt ad inducendam fidem, firmandamq; per modum præparatiōe dispositionis, quam quidem fidem non oportet esse virtutem, sed sat est esse informem.

QVÆSTIO XLIII.

De præstigijs, & miraculis magorum.

MIracula magorum ante Pharaonem Aegypti Regem cum Mose, & Aron contendentium, verè

rè miracula fuerunt, sed non veraciter, immò fallaciter, quia cum intentione fallendi fiebant; Ad quorum Magorum miracula Demones operantur tantum materiam præparando, & in ipsorum delusionibus fit propriè immutatio ex parte videntis, non tamen cum Tunicarum immutatione, vel oculi humorum, sed ex varia formarum formatione oculis ab ipsis Dæmonibus obiectarum, qui imaginatiuam verè non possunt, sed quędam in corpore efficere queunt, ad quæ sequitur impressio, vel impressorum transformatio ad imaginatiuam; Et cum, nec ratione naturæ, nec gratiæ miracula ab Angelis bonis, & malis fiant, sed Dei veritate, atq; permissione modo isti, modo illi potentiora miracula faciunt, iuxta diuinæ voluntatis beneplacitum, sed mali non circa quascunq; res mira operari possunt, sed circa ignobiliores tantum, vt serpentes &c. sicut, & ipsi peccato infimi, & ignobilissimi facti sunt; Et etiam Deo influente boni Christiani propter publicam iustitiam miracula operari possunt, quæ quidem publica iustitia nil aliud est, quàm potestas vniuersalis, & generalis Dei.

QVÆSTIO XLIV.

De creatione substantiarum corporalium in communi.

AN res corporales dicantur creari ratione materię cum forma, vel sine forma, primam partem

Augustinus sustinere videtur, secundam verò Gregorius licèt tueri, quamuis Cœli; Terręq; materiam nullatenus vnam dicimus, sed benè vtrunq; in formæ creatum cedimus, tametsi non æquè; Resq; omnes corporales simul à Deo creatas fuisse, sed non simul factas insuper Cœli, & Terrę creationem fuisse ante omnem diem, vel lucem corporalem, sed non spiritualem, vel intelligibilem, quæ Deus ipse est.

QVAESTIO XLV.
De creatione rerum corporalium in speciali.

VErbum autem illud Genesis; In principio creauit Deus Cœlum, & Terram, dupliciter exponit Augustinus, idest in filio, vel in principio temporis, Basilius autem legit in principio, hoc est, primò; & nomine terrę materia intelligitur, ex qua terra futura erat, Cœli autem pariter materia, ex qua ipsum futurum erat, & sic diuerso nomine; nullusq; miretur ista tantùm nominari, quoniam per extrema dantur intelligi media, ibiq; elementa duo nominantur, scilicet, terra, & aqua, tanquam nobis propinquiora, & manifestiora; Ibiq; nomine tenebrarum nil aliud intelligendum venit, nisi negationem eius, quod non dum factum, fiendum tamen erat, & spiritum domini ferri super aquas; idem est, quod bonitatem Dei Spiritui Sancto attributa sit principium terminationis materiæ

teriæ debitæ formæ, & localitatis receptibilis.

QVÆSTIO XLVI.

De distinctione, & ornatu rerum in communi.

QVomodocunq; ſumatur facere, ſiue propriè, ſiue communiter ad creare, omnia tamen naturalia, quàm mirabilia, & artificialia, ſimul tunc in materia facta ſunt, immò, & in aliqua forma, licèt non impropria, nec in proprio numero; Non tamen omnia in genere, & in ſpecie, quia non artificialia, non putrida, nec mixta imperfecta, & huiuſmodi reliqua, At naturalia omnia in ſuis generibus, & ſpeciebus facta ſunt, ſaltem in principijs generationum ſuarum; Simulq; omnia naturalia creata; ſed non ſimul in proprijs generibus, ac ſpeciebus facta, immò ſucceſſiuè in ſequentibus diebus, lux autem illa corporalis corpus quoddam lucidum fiebat ex præiacenti materia formatum, ex cuius præſentia, abſentiaq; dies eueniebat, & nox, & cum primum dictum, fiat lux, perſpicuitas, & opacitas confuſa in terra exiſtebant omnium mutabilium corporum materia, ſeparatæ ſunt ab inuicem, opaco ex parte terræ cedente, perſpicuo verò in ſuperiorem partem, vbi ſui giratione ſuper opacum diem, noctemq; fecit, quæ non deſijt eſſe Sole facto, adhuc non eſt, nec mutata, ſed ex eius partitione congeſta ſunt omnia luminaria ſequentia, Auguſtinus

omnia

omnia illa de primo Geneſis in vna die facta arbitratur, Gregorius autem, & cum eo multi alij in omnibus ſex; Dicitur autem mane factum, & dies vnus, ſed minimè nox, quia cum defectum dicat, eius propriè non eſt factio, ſed defectio.

QVÆSTIO XLVII.

De opere primæ diei, quod eſt de Cœlo Empyreo.

VT vniuerſum in genere corporum completum appareat, Cœlum Empyreum ſtatuere cogimur, quoniam ſi datur corpus opacum in vna extremitate, debet in alia luminoſum dari; Quod corpus eſt tantum continens, nec ſaluans, & cum ad quietem ſit Beatorum agminum immobile credendum eſt; Iureq; propter eminentiam Cœlum dicitur Empyreum; Cœliq; omnes naturam communem habent, quæ luminoſitas eſt.

QVÆSTIO XLVIII.

De luce corporali coadunata.

ET hæc lux in ſua plenitudine in initio diei creata ad veſperam declinauit, & creata fuit, vbi nunc ſol eſt.

QVAE-

QVÆSTIO XLIX.

De luce spirituali, quæ dicitur Angelica intelligentia.

VErba illa (fiat lux) de factione gratuita intelligantur, dum prius quò ad esse naturale facta esset, idest, in principio creauit Deus Cœlum, & Terram.

QVÆSTIO L.

De opere secundæ diei.

AQuas esse supra firmamentum affirmamus, sub ratione perspicui, & lucidi, quæ Cœlum aqueū, vel Christallinum appellantur; Et has in modum orbis (nil temere asserendo) congregatas dicimus, motuq; orbiculari moueri, cum nobilissimum corpus sint; Et istas ideò ponimus, vt res per alios Cœlos genitæ, per ipsas in esse conseruarentur; Et aqueum à materia; Christallinum verò à materiali dispositione appellatum censemus, quamuis nomen hoc scriptura eis nequaquàm tribuat; Totidem dicta fuere verba illa ex parte dictorum, idest, dixit Deus &c. quot ibi, sed semel tantùm ex parte dicentis, rationabiliterq; in opere huius secundæ diei additum fuit, fecit Deus, quod non in prima; Firmamentumq; in medio aquarum factum ex eadem materia informi est, sed non ex eadem materia propria; quod, & sphericæ figuræ esse,

esse, motus comprobat manifestè; Nec ab re firmamentum vocatum est Cœlum, sed vt ostenderetur, quòd superiores cęlat Cœlos.

QVÆSTIO LI.

De opere tertiæ diei.

ARbores herbæ, & huiusmodi ad terræ ornatum pertinentia, ideò eodem die, cùm terra producta sunt, quia terrę naturam habeant propinquam, immò eidem infixa sunt, & ab ea sic infixa prodeunt, quòd minime est de animantibus quinto, vel sexto die creatis; Quæ & si terrestria sint, non tamen ita terræ commixta, & infixa, sicut illa; spinas verò, & cæteras arbores infructuosas, medium inter opiniones tenentes, ratione qua infructuosæ, & punitiuæ sunt, post peccatum dicimus esse factas, sed ratione, qua quid boni continent tertia die.

QVÆSTIO LII.

De opere quartæ diei de ornatu Cœli.

LVmina facta sunt ex luce prima die facta; Actusq; lucis est super terram lucere, præsintq; Sol diei, Luna verò nocti, & dicuntur in signa &c. quia aliquam significationem super hæc inferiora præbent, scilicet, siccitatis, humiditatis, caliditatis &c. non tamen

tamen necessitant, nec cogunt voluntates hominum, insuper in tempora dicuntur, vt putà veris æstatis, authumni &c. in annos Solares, & Lunares, quæ omnia ex cursu Solis, & Lunæ constituuntur, & quamuis luminare, Luna, maius detur, nihilominus luminare magnum dicitur, quia supra cætera dominatur nocti, vel quia nobis magis propinqua, verba autem illa in Genesi addita, & stellas, intelligenda sunt, tàm de stellis erraticis, quàm fixis, quo autem motu moueantur aliorum iudicio reseruamus.

QVÆSTIO LIII.

De opere quintæ diei.

QVærenti autem, quare sicut in Genesi mentio fit, vt aqua producat reptilia, non ita similiter mentio fiat de aere, vt producat volatilia, dicendum est, quod nomine aquæ pariter intellexit aerem propter ipsorum vicinitatem, nec ignis, nec Cœli æthérei aliquis sibi memoratur ornatus, quia in illis nulla viuere possunt animantia; Minutissimaq; animalia, aquæ, & terræ in operibus sex dierum creata concedimus, & reptilia ex aqua fieri dicuntur, quia in eis prædominatur.

O QVAE-

QVÆSTIO LIV.

De homine.

ET iurè in animantium rationalium factione mutatus est loquendi modus, vt vbi priùs dicebatur fiat, nunc dicatur, FACIAMVS, vt ex hoc Emphætici loquendi genere, quantus esset homo appareret; Verbaq; illa non ad Angelos, sed ad Filium, & Spiritum Sanctum sunt referenda; Ac procreato, & increato ibi supponere potest imago.

QVÆSTIO LV.

De opera sexta diei.

ET postquam dictum fuit creauit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam, addidit ad imaginem Dei creauit illum, vt exprimeretur vnitas essentiæ esse causa exemplaris eius, & vt notaretur eiusdem conuersio ad eandem, vti ad suum finem.; Et ideò distinctè dictum est masculinum, & fœmininum, fecit eos, vt innotesceret etiam mulierem quandam Dei imaginem tenere, qui duo, scilicet, vir, & mulier quamuis non peccassent, etiam commixti essent saltem, vt prædestinatorum numerus multiplicaretur, & ideò peculiariter de homine non dixit, sicut de omnibus; Vidit Deus cuncta, quæ fecerat &c. quia ipsum peccaturum præuidit, & quia in alijs commendatur, & homo;

homo; Et cum dixit igitur perfecti sunt Cœli, &c. de perfectione conditionis intelligitur quantùm ad materiam, & formam, in singularique terram nominauit, quia centrum est vniuersi, Cœlos verò pluraliter, quoniam, veluti, sphæræ, & orbes circa centrum illud sese continuò voluunt.

QVAESTIO LVI.

De opere septimæ diei.

Compleuit Deus &c. intelligitur de completione in fine, vel gubernationis, & multiplicationis; Nec in hoc septimo, vt in alijs præcedentibus dictum fuit, factum est vespere &c. Ne quies Dei in se ipso, & finem habere putaretur; Veluti creaturæ præteritorum dierum; In quo die quieuisse dicitur Deus, non à conditione ipsiusmet diei, sed à condendis nouis generibus, ac rerum speciebus, gubernat tamen, & res continuè multiplicat, dieique vltimo illata est benedictio, vt ostendatur creaturas non in se ipsis, sed in Deo earum fine, benedictionem, ac sanctificationem, autumamus, hic æternum benedictionem fore intelligendam; Nomineque Cœli, & Terræ aquarum natura media ibi intelligitur, & cum his extremis medium factum esse.

QVAESTIO LVII.

De opera multiplicationis.

ANtequam fęnum agri exortum esset, vel virgultum agri oriretur in terra iuxta expositionem Beati Augustini, intelligendum est de seminibus herbarum fructuum, & lignorum, idest, quòd herba naturali cursu ex semine producitur, & planta ex planta, vel semine; Cum autem dicitur Deus non pluerat super terram, & homo non erat, qui operaretur in terram, idem sonat, ac si nondum homo operatus fuerat terram. Per illum autem fontem, cuius ibidem meminit Moyses dicens, fons ascendebat de terra, Oceanum intelligamus, vel virtualiter omnem fontem, non tamen vnum; & potius fontalem aquam nominauit, quàm pluuialem, quia hæc primitus in diluuio introducta fuit in pœnam confusionis hominum.

QVÆSTIO LVIII.

De Paradiso terrestri.

QVi sensibilis, & intelligibilis dici potest, vbi primum hominem posuit, vt operaretur, etiam vt agricola, sed non in sudore, & labore, quinimò in delicijs, & voluptate, & taliter accepta custodiret, ne inde confusibiliter eiiceretur; Et postea pręter hominem

nem formata fuit Eua, vt sic Deus in pluribus glorificaretur, quæ potiùs de viro, quàm de limo formata fuit, vt sic ab eo initium sumens, ita ei subderetur secundum naturæ conditionem, sed nè omnino subdita esset, sed quodammodo par, de latere peculiariter educta fuit. Et de latere Adæ dormientis, quia de latere Christi in Cruce quiescentis formanda erat Ecclesia; Ac vt notaretur viri ad mulierem compassionis teneritudo, potius dixit repleuit carnem pro costa, quàm costam, pro costa, mulierisq; formationem, se solo Deus effecit; Volatilia hic de humo formata dicit, supra verò de aqua, vt insinuaretur quędam pro nutrimento terram respicere, alia aquæ, & aeris communem naturam habere, non tamen pro principio motus nutrimentalis, quàm localis; Tametsi vtraq; ex vtrisq; componantur, & iustis de caussis aues de humo, & aqua facta dicuntur, non autem pisces; Ea verò animantia ad hominem fuerunt adducta, quæ in terris viuere, & conuersari possunt, idq; ministerio Angelico, quæ sic nominata sunt, vti Adamo placuit, quamuis postea subsecuta fuerit linguarum confusio, arboribus autem, & plantis non sicut animantibus, tunc nomina imposuit, sed temporum successione.

QVÆSTIO LIX.

De entitate, & quiditate animæ.

Rectè anima rationalis definitur, cum dicitur anima est substantia quædam incorporea rationis particeps regendo corpori accommodata, cuius, & multæ aliæ definitiones dantur secundum diuersos respectus bonæ, congruæq; dicendæ.

QVÆSTIO LX.

De causa materiali animæ.

A Deo creata est, sed non de eius substantia, sicut nec de præiacenti materia spirituali, nec etiam anima vegetabilis, ex vegetabili, nec animantia ex animato, sed quòd in potentia multa erat, actu multa factum est; Nec etiam animas putridorum animalium ex animabus esse dicimus, sed à Deo condi, non tamen sine dispositione agentis rationalis; Credant omnes animam rationalem non esse extra duce.

QVÆSTIO LXI.

De causa formali, efficienti, & finali animæ.

ANima humana ex materia, & forma intellectuali composita est, sed longè alias, quàm corpora superiora, & inferiora, & ista cum de nihilo sit non nisi

nisi à Deo esse potest, & creata est primò ad participandam beatitudinem, secundò ad reparandam Angelicam ruinam.

QVÆSTIO LXII.
De anima in se.

ANima simplex est, & quanta virtute, ac potestate, vegetabilis, sensibilis, & rationalis in homine anima vna est, pro viribus, & potentijs illa habens; Nec omnes animæ simul creatæ sunt, sed creando infunduntur, & infundendo creantur, & dici possunt in Deo esse, tanquam in loco spirituali vniuersa continente, vel infra proprię virtutis limites, quos transgredi non potest; Nec sunt in loco circumscriptiuè, sed definitiuè, vel præsentialiter; siq; proprijssimè imago accipiatur nullo pacto anima rationalis imago, vel ad imaginem Dei dicitur, secùs si non ita proprijssimè; Solaq; rationalis creatura ad imaginem Dei dicenda est, sicut ea sola rationalis ipsius expressa similitudo, & ad imaginem Dei dicitur, minimèq; imago ad differentiam verbi æterni, quod imago est naturalis, æqualis, & consubstantialis, nec inconuenit animam dici ad imaginem filij; sicut nec trinitatis; imago quò ad naturalia attenditur, similitudo verò quantùm ad gratuita, illa in cognitione, hæc in dilectione consistit, non tamen negamus plures inter istas

diffe-

differentias aſſignari, & propriè dicitur, ſic homo factus, quantum ad intelligibilem, & rationalem; Et propriè imago dicitur ſecundum partem ſuperiorem, & ſecundum quòd reſpectu Dei eſt, ſiue prout ad Deũ conuertitur, attenditurq; penès naturalia, & gratuita ſimul, & penès potentias prout tamen ex illis actus elici habent, ibiq; trinitas repræſentatur, memoria patri, intelligentia filio, & voluntas Spiritui Sancto; Animaq; rationalis corpori vnita, tanquàm vltimum in vniuerſo ordinatur, ſicut ſexta die creata legitur.

QVÆSTIO LXIII.

De anima in comparatione ad corpus.

ANima, & corpus ita coniugibilia ſunt, vt ex ipſis vna natura fiat, quæ ſi vt perfectio perfectibili vniatur, non per medium, ſed ſe ipſa, ſi autem, vt motor mobili, ſic per medium, ideſt per potentias; Et per quatuor numero, corpus, & anima vniuntur, iſtaq; vnitas, qua anima, & corpus vniuntur natiua à Beato Bernardo appellatur, ad modum formæ cum materia ſe habens.

QVAESTIO LXIV.

De modo eſſendi animæ rationalis in corpore.

ANima, vt perfectio corporis eſt, ita totius eſt; quòd

quòd nullius partis, vero verò agens in corpore iuxta variam sui actionem, varias partes sibi determinat, essentialiter tamen, vbiq; est, nec in maiori maior, nec in minori minor.

QVAESTIO LXV.

De viribus ipsius in communi.

Anima idem est in substantia, quòd suæ potentiæ, sed non in essentia. Cuius plures sunt vires, atq; potentiæ, vt sic à creatore in agendo differat, & ad eiusdem imaginem rectè facta censeatur; proprièq; partem accipiendo, non omnes animæ vires potentię vè eiusdem partes dici debent, communiter verò quàm maximè, & differentia quadam, vires istæ primò in se differunt, deinde per organa, obiecta, actus, vel materias &c. ex viribus autem ipsius, scilicet, naturali, vitali, & animali, vitalem priorem dicimus.

QVÆSTIO LXVI.

De viribus eiusdem in speciali, & primò de virtute animali exteriori.

Diuersæ sunt vires sensitiuæ, vnus tamen est sensus, vel quia sentienti non apparet differentia virium intra, vel quia in vna substantia radicatur, & quinq; tantum sunt vires exteriores, quarum virium

P sensi-

ſenſibilium numerus accipiatur ſecundum rationem mediocrum ; ſecundum differentiam effectuum , & diſpoſitionem obiectorum , & demum ex diſtinctione modi ſentiendi .

QVAESTIO LXVII.
De virtute ſenſibili interiori reſpectu ſenſibilium .

IMaginatiua , excogitatiua , & memoria ; omnes , (teſte Damaſceno , & Auicenna) , ſub vi ſenſitiua continentur ; Differentiæq; virium ſenſibilium , à Damaſceno , & Auicenna aſſignatarum continentur ſub ea vi , quæ imaginatio dicitur ; Communiter eam accipiendo , minimè ſi præſſius , viresq; omnes huiuſmodi , non niſi per determinata corporis organa operari poſſunt ; Senſusq; communis ad ſenſus particulares in ratione perficientis ſeſe habet ; & communis dicitur , quia aliorum organa ad ſuum organum perueniunt , veluti ad radicem , & originem , quarum numerus ſic habetur : Si eſt apprehendens dicitur ſenſus communis ; ſi cuſtodiens , imaginatio ; ſi conferens abſente materia , imaginatiua ; ſi apprehendens æſtimatiua ; ſi cuſtodiens memoratiua &c. itaq; ſenſus communis eſt in anteriori parte cerebri : imaginatio , vel phantaſia in eadem parte : imaginatiua in media , in eadem æſtimatiua : rememoratiua verò in vltima parte cerebri .

QVÆSTIO LXVIII.

De viribus animæ motiuis, & primò de sensualitate.

SEnsualitas in hominibus partibus sensibilis est, in ordine tamen ad rationem; Quæ vt appetitiua boni, vel mali, est vis motiua, vt autem cognitiua vtriusq; illorum, vis est disponens ad motum, nec idē est, quòd inferior portio rationis; propriè loquendo, nec vna cum carne exterior homo dici debeat; In sensualitateq; peccatum est, sed veniale tantùm, & subiectiuè, idq; in pœnam primi peccati; hanc Philosophi nequaquam cognouerunt, cum nec peccatum originale, à quo illa originem ducit, & in hoc concupiscibilis, & irascibilis distinguuntur, quia illa stat in appetitu boni, hæc in fuga mali, illa in appetitu delectabilis, ista ardui, & honorabilis, altera secundum bonum, & malum in præsenti, reliqua in futuro.

QVÆSTIO LXIX.

De vi cognitiua rationali.

ALio, & alio prorsus modo vires cognitiuas rationales diuiserunt Philosophi, Augustinus, & Damascenus, illaq; Augustini prior; Et necesse est ponere in nobis intellectum materialem, vt distinctio fiat à nobis, & brutis circa phantasiam, & phantasmata; Congruumq; insuper fuit ponere intellectum

agentem, & possibilem, itaquòd vnus respondeat formæ ex parte animæ, alter verò materiæ, intellectusq; possibilis in anima est, prout à corpore separabilis est; Potentiaq; essentiali possibilis est, ingenium autem, & ratio proculdubio vna vis est, sed ratione differens, in comparatione verò ad intelligentiam, vna cum memoria ad eandem vim pertinere videntur, gradu tamen differentia, itaut supremus intelligentiæ tribuatur; Et rectè Damascenus discreuit opinionem, mentem, & intellectum, item intelligentiam, intentionem, excogitationem, & phronesim, si attendantur, quæ enumerantur, & penès quid, omnia enimalia, vel ab ijs emanare, aut ad hæc reduci facile dignósces; Ac ista ab inuicem differre nullus ambigit, quandoquidem intelligentia est acceptio principij, intentio principiati, excogitatio, collatio, ex principijs ad cognóscendum per principium, phronesis de principio ad conclusionem exitus.

QVAESTIO LXX.

De actu virtutis intellectiuæ, siue de sensu interiori.

SEnsus interior ideò spiritualis dicitur, quia in natura spirituali fundatur, scilicet in intellectu per quandam tamen similitudinem ad sensum corporalem, & plures sensus est, non quia plures potentiæ, vel obiecta, sed propter varios comprehendi modos,

qui

qui ſeparabilis, & inſeparabilis à corpore dici poteſt iuxta multiplicem modum accipiendi illum, & hic ſenſus proprie, tantùm animæ conuenit, qui ſi pro parte intelligibili accipiatur, ſic tantùm circa intelligibilia eſt, ſi autem pro parte ſenſibili interiori, ſic circa ſenſibilia, & intelligibilia; Quæ per exteriores ſenſus impeditur, ſi pro parte intellectiua accipiatur, ſiquidem anima exterioribus, intendente minus interioribus eſt intenta.

QVAESTIO LXXI.
De vi rationali motiua.

PLures potentiæ ſunt, ſicut plures motus ab anima procedentes; Quærenti autem penès quid ſumatur diuiſio partium potentiæ motiuæ, dicendum eſt in generali per imperatiuam, conſiliatricem, & effectiuam, vt oſtendatur in parte motiua rationali quędam trinitatis ſimilitudo, & harum vnaquæq; ſubdiuiditur, vt legenti apparebit.

QVÆSTIO LXXII.
De libero arbitrio hominis.

LIberum arbitrium in homine reperitur, quod ſimpliciter, nec habitus, nec potentia eſt, ſed ex vtraq; mixtum, ſcilicet, habitualis potentia pro libito eli-

eligentis, & vna potentia est essentialiter, plures autem contentiuè, & si indistinctè sumatur, sic idem est, quod voluntas, ratio &c. si autem distinctè, alia prorsus potentia ab eis; Cuius rectissima ab Anselmo definitio assignata fuit, cum dixit liberum arbitrium, &c. est potestas, veluti, & illa à Patre Augustino sanè intellecta, idest, liberum arbitrium est facultas rationis, & voluntatis &c. & dicitur liberum, quia est boni, & mali indifferenter, & quia magis boni, quàm mali, & è conuerso, iuxta diuersas considerationes, & ex parte voluntatis præcipuè liberum dicitur, diuersa insuper cōsideratione liberum dici potest à libertate gratiæ, naturæ, & gloriæ, & duo nomina sortitum est, quia circa cognitionem est, & affectionem, & rectius liberum arbitrium, quàm iudicium appellatur, quia arbitrij officio fungitur in eligendo, & volendo; Ad cuius cognitionem, prout est meriti principium, non peruenerunt Philosophi, sed vt est potestas rationalis ad opposita; Et conuenit creaturæ, ac Creatori, sed analogicè, minimè autem brutis; Quod vt à coactione immune est in Angelis, hominibus, & demonibus reperitur, & vt supra commune fuit homini in quolibet statu; Adhuc, & in Christo fuit pro libertate naturæ, & à coactione; impeccabilis autem fuit ratione gratiæ vnionis, & sub dicta intelligentia æquè est in omnibus; Ac in creatura rationali exterior coactio cadere potest, sed nequaquam interior, & nequaquam

quàm deperdi, ac minui potest, & differt à prouidentia, quoniam ipsi omnia subduntur: Necessitati quæ semper eueniunt: Naturæ, quæ frequenter: Casui, quę rarò: Libero autem arbitrio, quæ ad vtrumlibet, quęque in nobis sunt, & per se causantur: Fortunæ verò etiam, quæ in nobis quodammodo sunt, & non per se, sed per accidens causantur, & de se tantummodo contingentium causa est, si autem aliquando necessariorum aliunde habebit; & liberum est, tàm in interioribus actibus, quàm exterioribus, prout tamen secundi à primis prodeunt, cuius actus ordinati sunt, & vnus principalis dicendus est, idq; eligere dicitur, à quo formaliter liberum arbitrium, liberum dictum est, sicut à iudicio materialiter, vel arbitrio nuncupatum est; Et est potentia secundum quam meritum attenditur, vel demeritum, vnà tamen cum ratione, & voluntate.

QVÆSTIO LXXIII.

De Synderesi.

QVæ potentia est habitualis, & ad rationem spectat, prout tamen ratio contra vim sensibilem diuiditur, nec secundum Synderesim peccare contingit, cum semper bono suadeat, & à malo dissuadeat, nec ex toto extingui potest.

QVAE-

QVÆSTIO LXXIV.

De conſcientia.

DIuina conſideratione habitus, potentiaq; dici poteſt, ſicq; naturalis, & acquiſitus, & eſt ſimul motiuus, & cognitiuus, ideſt ad motum inclinatiuus ſemperq; in actu eſt, quamuis non ſemper appareat; Nec lex naturalis idem eſt, quod conſcientia, ſed in ea includitur, vt principium in ſcientia principijs Quæ ad Synderesim, & rationem reduci poteſt.

QVÆSTIO LXXV.

De cauſis corporis humani.

OMnes credimus corpus humanum in ſtatu innocentiæ à Deo fuiſſe, quia ita decuit diuinam prouidentiam, neq; ab Angelis condi potuit, cum eorum potentia ad hoc ordinata non eſſet, & multò minus à demonibus; Nec aliqua alia virtus inferior ipſum in eſſe producere potuit, quia nulli earum à Deo datum fuit.

QVAESTIO LXXVI.

De cauſa formali corporis humani, ſiue Adæ.

COrpus Adæ, per creationem in eſſe, exiuiſſe dicimus, haud tamen per creationem ſimpliciter,

ter, sed secundum quid, qui creandi modus aptè plasmatio dicitur; Nec maioris potentiæ fuit, nec minoris de nihilo corpus Adæ creare, quàm de limo formare, sed omnino indifferentis, & iure de complectione vniuersi censendum est, cum productio Adæ, non fuerit rei singularis, sed quodammodo generalis.

QVÆSTIO LXXVII.

De causa materiali corporis humani.

VT anima rationalis multiplices suas operationes in corpore exercere posset, decuit, vt corpus humanum ex quatuor elementis compositum esset, & vtiq; rectiùs ex terra, quàm ex alijs elementis; Nec æqualiter ex elementis corpus illud formatum dicitur, cum nec talis æqualitas detur, aut corpus illud nec quiesceret, nec moueretur, si talis daretur, & quamuis non fuerit in dicto corpore æqualitas molis, fuit tamen virtutis, & complexionis qualitatum elementarium, nec grauitatis, & leuitatis cum talis à mole pendeat, cum tale corpus, nec sursum, nec deorsum esse potuisset; In quo quantum ad virtutem dominabatur leuitas, & quantum ad molem grauitas; Aequalitas verò qualitatum corporis Adæ à diuina iustitia fuit; Istaq; æqualitas à corpore Adæ ob eius demeritum à diuina iustitia sublata fuit, nec gratis fuit restituenda, impediretur enim pœna peccato debita.

QVÆSTIO LXXVIII.

De causa finali corporis humani.

CORporis inquantum corpus est simpliciter, non informatum, neq; ab anima motum, carnalis voluptas nullo pacto finis esse potuit; tùm quia voluptatis expers, tùm quia animæ rationali vnibile, quia ab ea perfectibile; Animaq; non nisi per accidens corporis Adæ finis esse potuit, ac finis sub fine; Corporisq; ipsius Adæ Deum finem, autumare possumus, appropriatè tamen, prout in laudem suæ potentiæ, sapientiæ, & bonitatis effinxit.

QVÆSTIO LXXIX.

De corpore humano.

COngruumq; fuit ex vno corpore Adæ omnium hominum corpora propagare, tùm ad conditionis rerum perfectionem, ad Sacramentorum quorundam expressionem; tùm meritorum expeditionem, diuinorumq; iudiciorum commendationem; Ita, & ad mutuam dilectionem conueniens fuit ex vno homine, totum genus humanum propagari, vt ostenderetur viam gradiendi ad patriam Cœlestem, propter quam creatus fuerat, amorem esse, ac Sacramentorum vnitatem, cohabitationis simultatem, vniq; Domino subiectionem; Magisq; homines se diligere debent,

bent, quàm cętera aliarum specierum inferiorum, indiuidua; quia ab vno principio deriuantur, & vnæ speciei sunt.

QVÆSTIO LXXX.

De veritate corporis humani.

ET Adæ corpus, verum corpus humanum fuisse, tàm in statu institutionis, quàm destitutionis singuli affirmari debent, quia essentia eadem semper permansit: In quo tota humana natura secundum esse corporale verè fuit, itaut materiale illud, quod de constitutione reliquorum omnium hominum corporum est, in illius corpore esset successiuè ad hæc transfundendum. Quærendum autem, an propagatio humani generis ab Adamo sit per multiplicationẽ substantiæ decisæ ab eodem in generatione, probaliter responderi potest, quid sibi libuerit affirmatiuè, scilicet, vel negatiuè. Ex cuius corpore, teste Augustino, propagata sunt monstruosa hominum (quę feruntur) genera.

QVÆSTIO LXXXI.

De dignitate corporis humani.

NOn solum humanum corpus compositum dici potest, immò compositissimum, idq; præcipuè

 propter

propter multiplicem eius animæ operationem; Iure; erectæ figuræ Deus humanum corpus creauit, tùm quantum ad habitum mentis, tùm propter eius optimam dispositionem, vt in quolibet statu eius dignitas sic reluceret; Animamq; rationalem ipsi corpori vniri eius dignitati, quodammodo attestatur, si quidem ex hac vnione particeps vitæ rationalis efficitur; effectum gratiæ, gloriæq;; & quòd magis est, idoneum redditum est, vt filio Dei aliquando, & aliquatenus in vnitate personæ vniretur; Cuius proprius, & naturalis locus Cœlum est, verum pro statu gloriæ, sicut pro statu innocentiæ fuit Paradisus terrestris, & pro statu culpæ terra hæc laboriosa, & vilis.

QVÆSTIO DXXXII.

De animalitate humani corporis.

QVamuis Adam pluribus modis affirmari possit animalis fuisse, eius tamen corpus eo sensu tantùm animale extitisse intelligamus; Quod cibo, potuq; sicut cætera brutorum animalium corpora indiguit, multisq; rationibus magis animale, quàm spirituale corpus primo homini adaptari decuit, tùm propter ordinem imperfecti ad perfectum, scilicet, & meriti ad premium, tùm lapsus ad resurrectionem.

QVAE-

QVAESTIO LXXXIII.

De tempore creationis corporis primi hominis.

AFfirmat Beatus Augustinus Adę corpus inesse actuali, & completo, post opera sex dierum factum fuisse, & si aliquando prius factum fuisse legatur, id non nisi in causis primordialibus, & seminaliter intelligendum fore autumauit; Vtq; seruaretur congruentia seruientium ad dominum, incompleti ad completum, & finitorum ad finem, vtq; non confunderetur ratio constitutionis hominis, ideò post alia opera corpus primi hominis conditum acclamamus.

QVÆSTIO LXXXIV.

De loco corporis primi hominis.

NEc quidē iniuria dicimus tale corpus in agro Damasci extra terrestrem Paradisum factum, & ibi postea translatum, qui tunc hominis habitatione, & propter temperiem, amenitatemq; conueniens locus fuit.

QVÆSTIO LXXXV.

De conditionibus corporis mulieris, siue Eua.

MVltiplici ratione, decuit Deum in viri adiutoriū,

ad

ad prolis propagationem, mulieris corpus formasse, in propagationis actu agentis, patientisq; confusio nõ interciderct, vt homo humiliari, & amore affici disceret, vt Christi, & Ecclesię glutinum elucesceret, & Dei, ac Ecclesiæ, quæ in patria foret vnio longè, lateq; appareret; magisq; corpus Euæ ex costa Adæ, quàm ex alijs partibus corporis formari decuit, ne ex huiusmodi formatione ipsius corpus deformaretur, & Ecclesiæ formatio ex Christi latere expressius signaretur, par officium in prolis procreatione insinuaretur, & alter alteri artius dilectione vniretur; Et quia corpus Euæ mirabiliter, ac prçter cursum naturæ concedimus factum fuisse, ideo à Deo immediatè attestamur productum esse; Quæ, & si in statu innocentiæ ab Adam cognita fuisset, vel concupijsset, neq; integritatem carnis, scilicet, claustrorum, neq; propagatiuę naturæ, siue membrorum genitalium, sed puritatis tantùm carnis integritatem perdidisset; dedecuisset multis de causis eam æquè strenuam, & fortem corpore factam fuisse, vt Adam; Nec æquè nobile fuit, quæ corpus viri Adę, sed istius longe prçstantius, tùm quia in eo omnium corporum etiam Christi erant, tùm quia principalius cooperans productioni humani generis, tùm tertio, quia robustius, demum quia nobilioris sexus.

QVÆSTIO LXXXVI.

De passibilitate naturæ humanæ.

ANima in primo statu secundum corpus, neq; omnino impassibilis, neq; totaliter passibilis, sed passibilis, quoniam infirmitatis susceptibilis, impassibilis autem non declinans per infirmitatem ab integritate, in qua conditus est; Qui, & passibilis dici potuit in eo statu ab extrinseco, passione consona naturæ, vel naturali; impassibilis autem passione innaturali, vel naturę destructiuæ; Passibilis tamen fuisset per alicuius membri abscissionem, vel ablationem, verùm obedientiali tantùm potentia, & materiali, non autem dispositiua, pariter operæ propriæ, & non somno indiguisset; In quo statu, & loco senescere potuisset, potentia tamen obedientiali, vel materiali, at non potentia modo aliquo disposita; Qui nullam dispositionem, vel inclinationem tunc habuisset ad corporis dissolutionem.

QVÆSTIO LXXXVII.

De vita.

SI quis autem quæreret, quid vita sit secundum definitionem, dicendum diuersa consideratione à diuersis diuersimodè definiri; Et potiùs substantia, quàm accidens dicenda est, nec tamen per se, & pro-

propriè, sed reductiuè in genere substantiæ reperitur; Vitamq; non animam dicimus, sed aliquid ab ea causatum; Nec potentiam animæ, sed magis virtutem; Ita, & formaliter loquendo vitam, actum primum, & continuum substantiæ nobilis mouentis, vel cognoscentis, vel vtrunq; facientis; Non tamen habitum propriè, sed magis vim, vel potentiam habitualem; Vitamq; Angelorum, & rationalium animarum à Deo immediatè, esse corporum autem à Deo etiam Creatore, sed eisdem ipsis mediantibus; Plantarum autem, brutorumue vitam, non à Deo immediate originem, principiumq; ducere, sed virtute animæ, siue ex rationibus seminalibus, quibus mundus est grauidus; Concurrentibus tamen virtute primi orbis, orbiumq; inferiorum, nec non virtute generatiua in ipsis plantis, & brutis, tùm pariter virtute simplici elementis indita; Et cum vita, motus, vigorq; quidam internus sit, super essentialibus rei principijs fundatur, iurè essentialia, ipsa rei principia esse affirmabimus, in quibus vitæ principia radicentur, quibusq; substantia viuens in se viuere dicatur; Ac vnusquisq; affirmare debet animam, eodem vigore, quo in se vigoratur, eodem, & corpori vigorem præstare, appetituq; in se viuit, vigoraturq;, appetitu etiam corpori vitam tribuit, atq; operatur; ipsaq; vita proculdubio in Deo est, sed non ab eius substantia differens, quinimò sua essentia sua vita

vita est, proinde, & summa vita rectè dicitur; De creatura, Creatoreq; analogicè tantùm vita dicitur; Et est certè in corporalibus creaturis, sed longè inferiori gradu à creaturis spiritualibus, vt putà ab Angelis, & hominibus; In Cœlis autem nullo pacto formaliter anima ponenda est, & ex consequenti, nec per eam viuere; Adhuc, & in animalibus sanguine carentibus vita est, vt experientia docet; Et in embrione, sed extensa nomine, cum nõ ex presentia animę informantis viuat, sed ex influentia à corpore continente recepta; Quam, nec ab humoribus tollimus, eis tamen proprie inesse negamus.

QVÆSTIO LXXXVIII.
De mortalitate primi hominis.

SI mortale dicat possibilitatem tantùm, absq; inclinatione aliqua ad actum moriendi, mortalis fuit, aliàs quomodocunq; immortalis; Cuius immortalitas in illo statu non fuit à natura, sed à gratia naturę superaddita, idest gratis data; Immortalitatem insuper innocentiæ, & glorię, quo ad habitum, aliam, & aliã dicimus; Potentiaq; effectiua alia, & alia quidem, immortalis, & mortalis Adam fuit; At successiua, tùm eadem, tùm diuersa iuxta multiplicem respectum.

QVÆSTIO LXXXIX.

De modo propagandi prolem in primo statu.

QVamuis Adam, & Eua in Paradiso terrestri non peccassent, coissent tamen ad generandos filios, ex quorum salute reparanda erat Angelicæ ruina; In coeundo etiam, ibi, & tunc delectatio fuisset, minor tamen, quàm nunc, quoniam ordinata fuisset, & non inordinata, & immoderata, vti post lapsum; Et non nisi causa procreandæ prolis tunc coissent; Continentiamq; in primo statu primis parentibus seruare nequaquam licuisset, si quidem ex eis humanum genus deducendum erat, quod non, nisi per carnis commixtionem fieri poterat.

QVÆSTIO XC.

De prole propagata.

ANselmus tenet genitos in statu innocentiæ heredes extitisse originalis iustitiæ, quod Hugo negat, potest tamen quilibet tenere, quod sibi placet; Paternę autem iustitię gratuitę, cùm à Deo immediatè infundatur, geniti in eo statu minimè hęredes extitissent; Si autem primi parentes in obedientia permansissent, ita ipsi, & ab ipsis geniti in gratia confirmati fuissent, vt nullatenus peccare potuissent; Et in eo statu geniti perfecti in scientia generati fuissent, quantùm

tùm ad rectitudinem affectus, tùm respectu eorum, quę sunt de genere commodi, quàm honesti, ne errore, aut ignorantia per deuia oberrassent, sed primam ab ortu, secundam ad tempus; In quo statu paruuli mox nati, in opera manuum, pedum, & linguæ, quò ad gustum, & esse quicquid sit, quò ad interpretationem exissent, quoniam si talia natura nunc pullis, & multis alijs animalibus indulget, quare non talia, tunc puerulis rationibus indulturam fore non arbitremur? masculiq; plures numero geniti in eo statu fuissent, quàm fœmellę, cum natura semper, quod perfectius est, appetat.

QVAESTIO XCI.

De gratia primorum parentum.

PRopriè gratiam sumendo pro eo, quod liberum arbitrium rectificat, complet, & eleuat, gratum, ac conforme Deo reddit; nequaquam dicimus primum hominem in gratuitis creatum, sed in puris naturalibus, vt apertius maiestas potentiæ manifestaretur, decor sapientiæ, & ordo bonitatis diuinæ; Ex acceptis tamen in sui conditione Adam stare potuit, Diaboliq; tentationi resistere; tametsi non vincere, nullus tamen ob id excludere debet virtutis diuinæ continuam influentiam, sed nouam ab illo gratiæ appositionem; Ex acceptis tamen non est, dicendum ipsum

potuisse, inuertibilem esse, sicut nec hominem, nec aliam creaturam per naturam ad malum inuertibilem fieri potuisse, quandoquidem, nec homo, nec creatura dici deberet, sed potius creator, & Deus; Communiter, & propriè sumendo acceptationem, gratitudinemq; fuit Adam in statu innocentiæ acceptus, & gratus Deo ex solis naturalibus, at magis propriè illa sumendo pro gratitudine, scilicet, & acceptatione, qua Deus sibi rationalem creaturam consecrat sibi in templum filiam, & sponsam, nequaquam, absq; gratia superaddita; Qui ex solis naturalibus in statu institutionis absq; dono gratię in bono proficere nō potuisset; Habuit tamen ante lapsum Adam (dicāt quicquid velint alij) gratiam gratum facientem, qua nedum malo resistere, sed, & in bono proficere potuit; Et firmiter ab omnibus credendum est, Adam in primo statu fidem habuisse, & quantum, ad formale, quod est adhęrentia primę veritati, & quantum ad materiale, quod est cognitio, qua longe clarius, quàm nos in via paulominus, ac beati in patria, Deum vidit; In quo statu non habuit Adam tot dona, & virtutes gratis datas, quot nunc nos, quoniam talibus non indigebat, nec illi statui cōueniebant, sed benè dona, & virtutes gratiæ gratum faciētis, nec, vtcunq;, sed quo ad habitus, & actus tantùm, qui perfectionis sunt, & ex habitis ante lapsum, mereri potuissent, quia radicem meriti, quę caritas est, habuisset; Poscenti au-

tem, an ista dona efficaciora fuerint ante lapsum, quàm nunc sint post lapsum, dicendum, quod si fiat comparatio personarum vnius status ad personas alterius, sic gratuita, quò ad efficaciam se habebunt, vt ad excedentia, & excessa, vt, scilicet, modò has illis, modo illas his præferamus, at si status ad statum collatio fiat, gratuita primi status, habito respectu ad suscipientes validiora erant, quàm gratuita secundi, secus si ad gratuita ipsa secundum se respectus habeatur.

QVÆSTIO XCII.

De scientia, & cognitione Adæ.

ADam in plenitudine scientiæ creatum dicimus, exigentibus id, & principio ab ipso colendo, & posteris ab eo propagandis, & animantibus brutis per ipsum gubernandis; Deum tamen facie ad faciem nequaquam vidit, longè tamen perfectius, quam nos viatores Deum cognouit, imperfectius nihilominus, quàm comprehensores, ità quòd mediam inter nos, & illos scientiam eius statuere possumus; Qui nedum per creaturas medias Deum cognouit, sed quàm pluribus alijs modis, eo excepto per speciem nuncupato; Haud tamen ipsius scientię plenitudini repugnasset, quòd circa ea, quę naturali cursu fiunt, & super naturali quodammodo profecisset, & quodammodo non, diuersa ratione, at circa ea, quę voluntarię fiunt, sim-

plicitet

pliciter proficere potuisset, autumamus; In quo, & si in primo statu fortè aliquorum nescientia adesset, in nullo tamen decipi, fallive potuisset; Cum ista ad status miseriam spectant.

QVAESTIO XCIII.
De dominio præsidentiæ primi hominis.

ADam si stetisset, vniuersis ab eo descendentibus, scilicet, alter alteri successiuè dominatus fuisset at non dominio contradictionis, & violentię, vti modo post peccatum, sed liberalitatis, & dilectionis; Animantibusq; brutis dominabatur, cuius gratia facta erant; Et creaturis insensibilibus, & liberè quidem, at non indifferenter.

QVÆSTIO XCIIII.
De malo culpæ.

DIuersa ratione, & esse, & non esse malum dicere possumus; Quod secundum diuersas comparationes, diuersas malum sortitur definitiones; Et habet causam deficientem; maliq; culpæ Deus nequaquã est auctor; Quamuis mali pœnæ; A creaturaq; culpæ malum est, non quia ex aliquo, idest, summo bono, sed quia ex nihilo; Et à diabulo est, vt ab inuentore, & ab homine, vt à sectatore, & imitatore, quod

à libero

à libero arbitrio est, vt à potentia, & radice prima, à libidine autem, & ab huiusmodi alijs, vti à prauis dispositionibus huius radicis, & potentiæ; Malaq; voluntas à se ipso est; Malamq; actionem à Deo esse posse concedimus, verum nequaquam ratione malitiæ; Vti, & actionem malam, vt actio est, cum velut talis quoddam bonum sit; Permittitq; mala fieri, quia quélibet secundum proprium libitum agere sinit, & quia inde meliora elicit; Malaq; fieri permittit ad ostensionem potentiæ, sapientię, bonitatis, & iustitię; Concedat quisq; malum in bono esse; Et malum culpæ in libero arbitrio est, velut in recipiente; Cum autem defectus naturæ multi appareãt; quęrere aliquis posset, in quo sit tale malum, dicat vnusquisq; in eo esse, in quo boni illius priuatio inducitur; Ac sufficienter quidem, saltem pro natura rationali, malum diuiditur in malum culpæ, & pœnæ; Quod si dicamus malum ordinatum esse, sed non ratione, qua malum, nisi secundum oppositionem ad bonum; Malumq; summo bono contrarium esse concedimus, verùm non ratione eius in se, sed ratione effectus; Insuper, & bono creato; Et nequaquam dicimus idem malum proximè opponi bono naturæ, & gratię, sed communiter, & adhuc per prius, & posterius; Poscenti verò, an idem bonum naturæ sit, quod pro malo, & opponitur, & substernitur; respondeas idem profectò, sed non omne, veruntamen illud, quòd per malum culpę diminui potest;

test; Nec dubites dicere bonum naturæ, quod per malum minuitur, finitum esse, & infinitum, primum virtute, & essentia, secundum diminutione, & diuisione; Veluti malum causam esse boni, & mali, at primi per accidens, secundi verò secundum se.

QVÆSTIO XCV.
De effectibus mali culpæ.

PRimus eo mediante gratuitis spoliamur; Secundus, & si non omnem habitum, mortale tollat, sibi tamen directè opponitur; Cuius vulnera sufficienter recenset Beda, si defectus termini, à quo, & accessum ad terminum, ad quem diligenter inspexeris; Tertius infirmitas eius pœna est, at non, quæ ex conditione, sed quę ex vitijs naturæ est; Quartus ignorantia, verum quæ experientię approbationis, & scientiæ opponitur; Quintus malitia, dummodo, pro malitia pœnæ ex peccato mortali consequente, & pro defectu boni simpliciter sumatur; Sextus concupiscentia veruntamen ea, quæ tanquam pœnæ, sequelaue peccatũ omne mortale circuit; Malumq; bonum vulnerare dicitur, non aliter quàm ipsum corrumpere, & destruere; Hisq; modus, ordo, & species, per malum culpę priuari dicuntur, qui in voluntate ad finem ordinabiles sunt, non qui in substantia, vel essentia, vel potentia animæ, prout potentia est, existunt. Diuersa ta-

men

men consideratione dicta per malum culpæ auferuntur in esse gratuito, & naturali: Et simul tria dicta tolluntur; Et æquè cum vnius sint, & æqualis cōditionis.

QVÆSTIO XCVI.
De diuisionibus mali culpæ.

TAmetsi malum ex genere, vel in genere multipliciter dicatur, præcisè tamen hic illud intelligimus, quando actus in se, & defectum dicit, & cum materia in debita coniungitur; Malumq; in genere, & bonum opponuntur, sed disparata oppositione, nec sunt differentiæ accidentales, nec substantiales actionis, sed quædam illius proprietates; Malum insuper in genere, ac habitus, diuersa consideratione deterius, & non deterius malo in genere actus affirmare possumus, in genere actus mala omnia æqualia; An autem omne bonum sit magis bonum, quàm aliquot malum sit malum, diuersa comparatione alterum alteram excedere posse dicimus; Si verò malum ex intentione dicatur malum ex circunstantia, & idem, & ab eo contradistinctum, iuxta multiplicem eius acceptionem, vnusquisq; asseuerare potest; Malum autem ex genere dici malum ex circunstantia nullus affirmet, intelligendo circunstantias, quæ inter initium, & finem sunt actionis; At super genus actionis circunstantia mala addita peccatum aggrauat; Malumq; ex circunstantia

deterius est malo ex genere, cum inferat, & non inferatur; Ac nullatenus malum ex circunstantia demeritorum dicetur, nisi intentio saltem generalis addatur; Si quæratur quæ, & quot sint circunstantiæ, malum ex circunstantia constituentes, dicatur quòd sunt sex .s. Quis agit, Quid agit, In quod agit, Quo agit, Propter quid agit, & Qualiter agit; Si quæ verò aliç videbuntur ad has profectò reducuntur; Intentio idem, & non idem varia ratione dicitur, quòd voluntas; Et saltem principaliter semper meritum, vel demeritum penès intentionem attenditur; Et quidem intentio plena pro facto reputatur, sed non semiplena; Et qualitas operis boni super intentionem bonam addit meritum, quantum ad prçmium accidentale, & super additum, haud quantum ad essentiale, & præcipuum; Idem dicendum est de multiplicatione bonorum operum, & intentionum; Nec idem simpliciter est intentio in malo quod credulitas, sed benè sçpè, ac sçpius ex illa prouenìens; Et voluntas plena in malo semper pro facto reputatur; Ex actu, intentioneq; mala exurgit peccatum, simplex radice, duplex verò ex boni defectu; Actui, intentioniq; malæ eadem pœna gehénalis respondet, sed differens vermis; Quid autem peccatum maius faciat, an actus maior intentioni minori, vel è conuerso, tùm hoc, tùm illud audacter affirmes, sed diuersa ratione; Ab intentione ad actum, quare teneat consequentia in genere peccati mortalis, & si nòn in spe-

in ſpecie, tùm quare in ſpecie venialis non teneat, ſicut in ſpecie mortalis, quia mortale in intentione radicatur, & eidem ſufficit, vt, vel intentio, vel opus mortale ſit, ſecùs de veniali, cui intentionem, & genus operis veniale eſſe congruit.

QVÆSTIO XCVII.
De peccato in genere.

PEccatum iuxta quadruplicem cauſarum rationem, quadruplicem ſortitur definitionem; Ex parte efficientis (dicit Sanctus Auguſtinus) peccatum eſt malum voluntarium; Ex parte cauſæ formalis (dicit Sanctus Anſelmus) peccatum eſt carentia debitæ iuſtitiæ; Ex parte finis (dicit idem) quòd peccatum eſt priuatio boni; Ex parte cauſæ materialis (dicit Sanctus Auguſtinus) quod peccatum eſt ſuperfluitas concupiſcentię.

QVÆSTIO XCVIII.
De peccato Luciferi.

QVi de ſuperiori ordine fuit Angelorum, & ſupremus illorum fuit; Nec prauus à Deo creatus fuit, ſed propria voluntate deprauatus; Ipſiusq; peccatum primùm fuit ſuperbia, ſed radix cupiditas, vel auaritia; Et motus fuit ad peccandum ab appetitu æquiparātię, & ſimilitudinis ad Deum; Ac proculdubio peccauit

ſimilitudinem Dei appetendo æquiparantiæ, vel id, ex quo ſequitur; Et ex parte ſuperiori peccauit conſummatiuè, ex inferiori inductiuè; cuius peccatum nedùm remediabile eſt, verùm nec remiſſibile; Nec ſuum peccatum prçcisè fuit in patrem, filium, vel Spiritum Sanctum; Qui nec iam, nec dum poteſt, nec potuit venialiter peccare, tùm propter excellentiam ſtatus, tùm propter animi malignitatem; Et nunc eodem peccato generaliſſimo peccat, ſed non ſpecialiſſimo; Ipſiusq; peccatum, cuiusq; peccati cauſa eſt, & fuit occaſionaliter, at non neceſſariò; Et iurè malorum caput Diabolus dicitur, quia ſupremus malorum fuit, & quia aliquo modo per ſuggeſtionem in malos, ſicut in ſua propria membra fluit; Et vna perſona eſt cum alijs mẽbris ſuis in eſſe morali, ſed non naturali; & hominum, & Dçmonum caput eſt, ſecundorum imitationis concurſu, primorum ſuggeſtionis concurſu; Et vtriq; Dçmon ratione cuiuſlibet peccati malorum hominum caput dicitur, ratione prçeminentiæ in malum, ſed minimè ſuggeſtione, aut imitatione; Peccatumq; mortale, vel amor ſui vnit malos membra cum Diabolo capite; Et membrum Chriſti poteſt fieri membrum Diaboli, verùm, tantum, ſecundum alteram formarum .i. gratię gratum facientis, nec ijſdem homo ſimul poteſt eſſe membrum Chriſti, & Diaboli; Adhuc, & Anti-Chriſtus malorum caput dicitur, verùm caput ſub capite id .ſ. à Diabolo habens; Poſcenti autem, cur Angeli

geli primi primum peccatum ſcriptura non meminerit in principio Geneſis, ſicut apertè ſecundi meminit .ſ. quo primos parentes tentauit, dicas, hoc ideò factum eſſe, vt pœnæ magnitudine hominem deterreret, & quia Angelicum vulnus, Deus non prędeſtinauit curare; Sed benè hominis vulnus; Nec peccato ſuperbiæ Luciferi ſimul fuit inuidię peccatum annexũ, ſed quàm primum inde ſecutum; Duoq; tantum peccati genera propriè Dęmonibus conuenire poſſunt, ſuperbiæ .ſ. & inuidiæ, ſiq; autem alia, non ita per ſe, & propriè; Difficultati verò, quę moueri ſolet, an Lucifer illico creatus peccauerit, vel aliqua morula interfuerit, quoniam varię in hoc extant opiniones problematicus eſto.

QVAESTIO IC.

De peccato minorum Angelorum.

AFfirment omnes minores Angelos eodem Luciferi peccato, ſuperbiæ, videlicet, peccaſſe, propriam excellentiam affectando, inſuper peccarunt ipſi conſentiendo, & eundem imitando; Et eodem motiuo moti ſunt ad peccandum, quo & Lucifer; Sicut de omnibus ordinibus quidam ceciderunt, cum ad omnes fiat hominum aſſumptio; Ac ſtantium Angelorum maior eſt numerus, quàm cadentium; An autem minores Angeli vnà cum Lucifero peccauerint, vel poſt, dicas, quid placet; cum vtraq; poſitio ſuſtineri

poſſit

possit, maiusq; fuit Luciferi peccatum, quàm aliorum, tùm quia in ipso maior extitit libido, tùm quia ad nullius exemplar peccauit; Fuit tamen illorum peccatum irremediabile, velùt, & Luciferi; Nec in statu innocentiæ perseuerauerunt, quia noluerunt.

QVÆSTIO C.
De pœna Dæmonum.

EO sensu potẽtiam Diaboli ligatam dicimus, quia non tentat quantum vellet; Magisq; fuit ligata per Christi aduentum, quàm ante, quantum est ex parte gratiæ Dei per Christum mediatorem, sed non simpliciter quantum est ex parte tentatorum; Qui si plenè victi essent, fortè eodem genere tẽtationis amplius non tentarent; Sed quia in hac vita non est plena victoria, ideo verisimile est, quod non vsquequaq; tentare desinant; Et si plenè victus in aliquo tentationis genere eodem tentare valeret, non tamen auderet; Quorum potestas, & si quò ad determinatam personam ligata sit, vt eam tentare non possint, non quidẽ, vt omnino non tentet, sed vt penitus deijciat, vel si à tentatione interiori, non tamen ab exteriori; Nullo tamen pacto miraculo operari possunt, quãuis vi proprię naturę, & permissione diuina mira multa; Eorundẽ tamen potestas in res corporales cohibita fuit; tùm in eorum pœnam, tùm in hominum bonum; Nullatenusq;

tenusq; circa humana corpora immutationes operari possunt verè, & realiter, sed tantùm apparenter; Et potestatem habent in malos ad perdendum, in bonos ad probandum; Et nulla mira in rebus visibilibus ex se ipsis operari possunt, nisi permissi, tùm maximè, si ad hominem reducendum fuerint mira huiusmodi; Quia aliqua prohibentur fieri à Deo, aliqua verò à bonis Angelis, & hominibus, haud tamen absq; diuino interuentu; Et ea cognitione priuati sunt, qua Deus, vt lumen immutabile cognoscitur, à qua piorum corda illustrantur; & in quo cardinales rerum causæ elucescunt, at verò non ea, qua per effectus, vel potentię, vel iustitiæ agnoscitur ille; Quapropter diuinæ incarnationis, humanæq; redemptionis, Sacramentum non agnouerunt, tunc primò, sed benè nunc postremò; Nec vtiquam Dęmones, quos hominum in pręscientia Dei iuxta Beati Bernardi sententiam agnouerunt, nunc agnoscunt, sed mutata est talis cognitio, sicut, & status eorum mutatus est; Non tamen ipsorum cognitione priuati sunt, sed ipsorum naturam apertè cognoscunt, si naturam dicimus, quòd per peccatum minui non potest, si autem naturam intelligamus bonũ, quod per peccatum minui potest nequaquam, nisi diminutè; Virtutumq; cognitione, quæ per essentiã, vel per speciem ab essentia sumptam priuati sunt, ea verò, quę per effectum, vel priuationem habetur minimè; Ea autem, quæ in proprio genere habetur nequaquam;

Est

Estq; in ipsis suo modo vermis pœna, quoniam illa propriè hominum est; Et attenditur, quo ad peccata, quæ nunquam in ipsis delentur; Et grauissima in ipsis est omnium pœnarum, nisi simpliciter, saltem quò ad inhęrentiam; Simulq; tali pœna puniuntur, sicut, & foris simul cruciabuntur; In quibus vsq; ad iudicium est aliquod gaudium, sed nimis amarum; Quod ipsis si non in pœnam, saltem in peccatum cadit; Habentq; dolorem pro pœna, sed pro bonò iam miserrimè amisso; Qui, & si pœnam, quam sustinent timeât, vt affligentem, sed non vt à peccato cohibentem; Et ipsis grauissima pœna est in hoc aere caliginoso esse, cũ eisdem locus sit non naturalis; Vbi ex Dei ordinatione ab eiusdem caligine patiuntur; Et plures alij casus à dicto per quandam comparationem dicũtur esse Dęmonibus in pœnam, at dictus, & in Infernũ proprius perhibetur alijs per appropriationem; Aequè profectò, & indifferẽter in genere quibusq; vtraq; pœna vtriusq; loci inflicta est, tametsi differenter in gradu.

QVAESTIO CI.

De tentatione Dæmonum in generali.

QVid tentatio sit diuersimodè respondent Doctores, Cassiodorus dicit, quòd tentatio est assimilatio boni ad fallendum, aliàs à te ipso, alibi videre poteris; Hec autem tentatio prout est calidè ad malum experiri

periri

periri à solo Diabolo est; Propriumq; hominum tantum est tentari; Non tamen similiter est bonorum, & malorum, nec ex parte tentantium, nec tentatorum; Et Christus tentationem perpessus est; A quibus nec dormientes, eximuntur; Quinimmo ratione quadam acriùs impetuntur; Ac differenter tentat existentes in sęculo, atq; ipsi renunciantes; Veluti perfectos ferrentiùs, imperfectos potentiùs; Ita, & resistentes grauiùs, non resistentes multipliciùs; Credentes acriùs, non credentes multipliciùs; Ardentiùs existentes in communione Ecclesiæ, sed liberiùs ab ea separatos; Et ex inuidia Diabolus mouetur, & motus est nūc, & aliàs ad tentandum homines; Quas tentationes Deus fieri permittit, vt inde bonum eliciat, arbitrijq; hominis libertatem seruet; pluresq; tentationum differentiæ, vel species assignari solent, sed ad quinq; præcipuas facilè est vniuersas deducere; Et per res sensibiles vti per instrumenta Diabolus tentat homines; Et vnitur humanis sensibus, vt tentet, verum non per essentiam, sed per effectum operationis; Et indifferenter per omnē sensum tentat, grauiùs tamen per visum, & gustum; Adhuc, & caro tentat .i. carnalis, siue animalis sensus; Et rationis est secundum vtranq; sui partem; Et interdum fit per concupiscentiam, & aliquando per iram carnis tentatio; Quæ sine peccato fieri non valet; Nec dubitandum est, per vim imaginatiuam Dęmonis tentationem fieri, cum super talem, vim habeat Dęmon;

 Et fit

Et fit per simillitudinem, atq; repræsentationem, & cum peccato, licèt non necessariò; Temporeq; vigiliæ ad bonorum profectum cedit; Non tamen omnes cogitationes malè instinctu Diaboli excitantur, sed quàmplures ex nostri arbitrij motu emergũt; Estq; Diabolus impropriè malorum cogitationum immissor, earundemq; incentor, mouendo, vt eligatur, & appetatur, quod non est eligendum, quibus obuiare volentes humiles, soliciti, & orantes estote; Et semper tentare anhelat, quamuis non semper tentet; Cuius appetitus ad tentandum semper crescit, quò magis mundi appropinquat interitus.

QVÆSTIO CII.
De demerito Diaboli.

VNa est omnium Theologorum sententia, Angelos bonos quicquam per custodiam mereri, & malos per suggestionem demereri; hos autem secundos continuè peccare, demererìq; vsq; ad iudiciũ, quoniam continuè nocere student; Ac exceptis naturæ motibus in cęteris quibusq; peccant; Quorum credere in genere quidem bonum est, non autem meritorium, sic, & in eisdem fides informis est, prout habitus cognitiuus est, nunquam tamen formabilis; Voluntq; Deum non esse, non simpliciter, sed tanquam iustum iudicem; Quibus voluntate deliberatiua qua-

dam

dam ratione placet peccare, & in peccato esse, at non voluntate naturali; Et nullatenus, veniæ, beatitudinisuè spem habet in pœnæ maius augumentum; Sicut & timoris motum; Qui in die iudicij habitu, & non actu contra Deum superbient; Voluntq; esse, vt contra dominum pugnent; Passionibusq; sed animi tantùm subiecti sunt; Et grauis post iudicium punientur, quàm nunc cum continuè peccent.

QVÆSTIO CIII.

De tentatione primorum parentum.

QVi in Cœlo antea per superbiã peccarat, postea primos parentes in terrestri Paradiso tentauit; Iurè igitur negandum est, ipsorum tentationem, primum eius peccatum fuisse; Et ista tentatio vna fuit ratione principalis motiui, & plures ratione actuum motiuorum; Et dato quòd primorum parentum tentationes plures extiterint; Earum prima, & præcipua fuit appetitus propriç excellentiæ; Et facta fuit mediãte re sensibili, at de re intelligibili; Rectèq; primorum parentum tentatio per serpentem facta fuit, cum motus interioris tẽtationis quàm maxime, cum motu serpentis conueniat; Cuius sonus à serpente emissus, prout discretus, literatus, & ad placidum significatiuus, non nisi à Dęmone esse potuit; Studioseuè à muliere tentationem suam exorsus est, vt sic ab imis ad summa

gradatim aſcenderet; Tametſi interdum in nobis per partem intelligibilem tentatio fiat, habitus tamen per partem ſenſibilem fit; Et iurè tentationem primorum parentum permiſſit Deus, vt ſic virtus exerceretur, palma glorioſior aſportaretur, & malum culpæ per malum pœnæ ordinaretur.

QVÆSTIO CIIII.
De peccato primorum parentum.

QVorum peccatum primum, & præcipuum fuit ſuperbia, proximum verò ei, & immediatum gula; Et ducti ſunt ad peccandum ab appetitu ſimilitudinis Dei formitatis in ſcientia; Non tamen maximum peccatum dicendum eſt, ſed magnum, propter pœnæ magnitudinem, aut damni inde ſecutam; Et quia Adam ſicut debuit Euam non correxit illius peccatum ſuum, factum eſt, vnde eodem peccato peccaſſe dicendi ſunt, ſed alter altera grauiùs, illa ratione ingratitudinis, inobedientiæ, & damni, iſte ratione appetibilis, motiui, & inclinationis; Et Adæ peccatum remiſſibile, & remediabile fuit, quoniam ex carnis infirmitate, vel defectibilitate corruit; In quo ſtatu .i. innocentiæ potuit Adam venialiter peccare, ſed non primò; Et hora nona peccauit.

QVAE-

QVÆSTIO CV.

De pœnis peccati primorum parentum.

IN his tantùm, qui ſeminaliter deſcendunt ab ipſo, perſona naturam corrumpit; Et quamuis mors in ſe mala ſit, tamen bona bonis; Et pro peccati pœna inflicta eſt; Quam ſola prima inobedientia vniuerſaliter meruit; Proportioq; inter primam inobedientiam, & mortem corporalem in hoc ſtat, vt anima, quę Deo vniuerſaliter contenta non fuit: nec ipſa vniuerſaliter corpus continere valeret; Et quamuis eodem die, quo primi parentes peccauerunt, re non perierint, mortui tamen obligati ſunt; Et ad interitum tendere cęperunt; Quæ à Deo non eſt, niſi in quantum pœna; Simulq; primorum parentum, & omnium ab ipſis deſcendentium mors corporalis pœnam fuit, ſicut ſimul in illis omnes cauſaliter fuerunt; Et bonorum, & malorum, veluti omnes peccatum originale contrahunt; Quærenti autem quando mors corporalis pœna dici debeat, vel ante mortem, in morte, vel poſt mortem, dicendum, quòd in morte; Et ad meritum ordinatur, prout ſub voluntate cadit: Et maximè pro honeſta, & neceſſaria cauſa; In particulari autem, pœnę mulieris in Geneſi tres reperiuntur, ærumnarum multiplicatio in conceptuum multitudinem, dolor in partum, & ſubiectio ſub viri poteſtate, viri autem fuerunt prohibitio ſumptionis ligni vitæ, expulſio à terreſtri

restri Paradiso, labores, terræ maledictio, &c.

QVAESTIO CVI.
De peccato originali.

RAtione, & authoritate originale peccatum esse comprobatur; Et est culpa, & pœna; Voluntariumq; est, vel à voluntate primi parentis, aut naturæ; Et est carentia debitæ iustitiæ per inobedientiam Adæ contractam; Quod secundum carentiam debitę iustitiæ est culpa; Et secundum concupiscentiam pęna; Per solumq; primorum parentum peccatum contrahitur; Quod, & si per Euæ, & Adæ peccatum cõtrahatur, magis tamen Adæ peccato; Et transfunditur in posteros originalis culpa propter primorum parentum inobedientiam, & potissimam Adę; Contrahiturq; per carnem, & animam, vt pœna per carnem, vt culpa per animam, & per carnem libidinosè seminatam; Quæ aliter fuit in primis parentibus, quam modo in paruulis; Et per baptismum totaliter tollitur; Dicitur tamen reatu transire, actuq; manere, quoniam concupiscentia eius actus post baptismum manet, non, vt culpa, sed, vt pœna, idq; ad exercitium, ac pugnam; Et concupiscentia per se pœna est, per accidens autem peccatum dicitur, quoniam peccato facta annexa, peccatiq; causa est; Et dicitur fomes, quia peccati ardorem fouet; Quæ est in carne, & anima, diuersa

diuersa tamen ratione; Et quælibet animæ vis per peccatum corrupta est, ita vt, non vsquequaq; ad bonum faciles sint, quinimmo ad malum pronę: Et magis generatiua, seu concupiscibilis, ob talem culpam corrupta est; Coniugalis tamen concupitus si fiat ad quod institutum fuit, sine peccato esse potest: Si autem quęratur à quo sit concupiscentia in quantum fomes dicitur: Dicatur quòd à Deo, vt pœna, vt autem pronitas, corruptio, & inclinatio ad malum, à Diabolo, vel homine; Et amplè sumpta causa est omnium peccatorū, secus si præssius; Ac diuersa ratione æquè est, & non æquè in omnibus in quibus est; Et quamuis, vt pœna extingui non possit, benè tamen, vt ad culpam inclinatio; Et idem est fomitem extingui, quàm peccatū non foueri: Qui in Beata Virgine præ cęteris extinctus fuit; Et adhuc per gratiam extinguitur; Ac diuersis nominibus nominatur, concupiscentia, concupiscibilitas, libido, vitium, corruptio, languor, infirmitas, fęditas, pronitas, lex carnis, & lex membrorum; Peccatumq; originale vnum dici potest origine, & carentia iustitiæ originalis, pluraue contractione, & inclinatione secundum concupiscentiam: Quod si secundum magis, & minus dicatur, hoc non nisi ratione concupiscentiæ, in quantum ad peccatum disponit; Et etiā secundum personam magis, & minus dicitur, non secundum se, verum secundum effectum; Magisq; intenditur, & minus, iuxta diuersas mundi ætates, secun-

dum

dum actum, sed non secundum habitum; Et carentia diuinæ visionis eius pœna est: Et peccandi necessitas, quæ ad malum pronitas dicitur, eius pœna est; Nocturnaq; pollutio diuersa ratione, pœna, culpa, & comes culpæ dicetur; Sequensuè complacentia nullatenus prçcedentem pollutionem inculpabilem, culpabilem reddit; Nec ista pollutio in statu naturæ institutæ fuisset, cum tunc nihil præter naturæ intentionem accidisset; Nec magis generatiua vis, reliquis eiusmodi viribus excusabilis videtur; Et vnusquisq; sciat nocturnam pollutionem de congruo impedire sumptionem Eucharistiæ, non autem de iure, dummodo peccatum non fuerit.

QVÆSTIO CVII.
De peccato actuali in communi.

CVius nullus dubitare debet dari plures definitiones sub diuersis rationibus; Et eius præcipuè dantur octo diuisiones, vt aliud mortale, aut veniale, aliud cordis, Oris, & operis, aliud superbia, inuidia, auaritia, aliud ex infirmitate, ex ignorantia, ex industria, & certa malitia, aliud ex timore, & amore, aliud ex concupiscentia carnis, oculorum, & superbia vitæ; Definitiones autem, aliquæ sunt infrascriptæ; Peccatum est conuersio voluntatis in debita ad commutabile bonum; Item peccatum est spreto incommutabili bono

bono adhęrere commutabili; Item peccatum est prę-
uaricatio legis diuinæ, & cœlestium inobedientia man-
datorum; Alias quære &c.

QVAESTIO CVIII.

De peccato veniali in communi.

COmmuniter sumendo maculam, peccatum venia-
le macula dici potest, secùs si propriè; Et vo-
luntarium malum est saltem voluntate non cohiben-
te; Venialeq; dicitur, quoniam ei per se terminabilis
pœna debetur; Differt etiam à peccato mortali, cum
veniale sit conuersio indebita ad creaturas citra Deum:
mortale autem supra Deum, vel æquè Deo; Et venia-
le fieri potest mortale, non quòd hoc in illud conuerti
possit, sed quia in illud perduceret, nisi cohiberetur;
Et quidem inter ipsa proportio est secundum delecta-
tionem; sed non secundum modum delectationis, vel
reatus huiusmodi modum consequentis; Et si libido
sumatur generaliter pro omni inordinata cõcupiscen-
tia radix est peccati venialis; aliàs minimè; Ac tanquã
in subiecto est, in superiori, & inferiori parte rationis;
Sine quo quamuis pro aliqua vitę particula esse contin-
gat, pro toto autem vitæ cursu nequaquam, absq; spe-
ciali dono cęlitus immisso; Quod gratia baptismalis
delet, vti mortale omne, modo baptizandus fictè non
accedat; Ita, & iustificatio cum totam animam simul

Deo gratificet; Sese tamen compatiuntur ad inuicem charitas perfecta, & veniale quantum est de statu communi, nisi speciali gratia aliter dominus dispenset; Eademq; gratia, ac eodem actu delet, mortale, & veniale; Et quamquam maior contritio requiratur ad delendum mortale, quàm veniale, non tamen maior gratia; Compossibilesq; in eodem, & simul secundùm diuersas vires sunt motus charitatis, & venialis; Cui debetur æterna pœna, haud tamen ita acerba, velutimortali; In præsentiq; vita peccatum omne veniale deletur, tametsi eius pœna alibi interdum reseruetur: s. in futuro apud purgatorium.

QVAESTIO CIX.

De primis motibus.

PRimus motus est motus sensualitatis secundũ impulsum fomitis impetuosè tendens ad fruitionem creaturæ delectabilis; Et omnis primus motus peccatum est, quia libidinosa delectatio est, à sensualitate iam per peccatum originale corrupta, nec à ratione repressa procedens; Et est in sensualitate tantùm; Qui ab origine, & ab inordinatione ad finem habet, vt sit peccatum; Ad quos primos motus necessitamur, tùm quidem sic, tùm quidem non; Caduntq; indirectè sub prohibitione; Et ratio tenetur illis non consentire, vt non peccet, sed non tenetur reprimere; Cuius oppo-

 situm

situm gratia est, quanta nos à lege peccati liberare valeat; Qui quantùm ad radicem in omnibus, & singulis sunt æquales, sed non quantùm ad subiectum; Pro quibus temporalis pœna à Deo infligitur, sed non æternalis, quinimmo ipsi pœna sunt; Morosaq; delectatio in creaturis peccatum est, & nõ peccatum veniale, & mortale, iuxta varias delectationis acceptiones.

QVAESTIO CX.

De ocio.

QVòd diuersa ratione, peccatum, bonum, & indifferens dici potest; Et quandoq; mortale peccatum est, quandoq; veniale: Vt quę veniale est, nec prohibitionem, nec præceptum respicit, vt autẽ mortale; præceptum de sabbatho sanctificando; Ociumq; sermonis, & operis, vt excedentia, & excessa se habẽt. Nec propriè, & per se fortitudini, atq; charitati opponitur, tùm maximè, vt veniale peccatum est; Et religiosi simpliciter ad opera manualia nõ tenẽtur, sed in casu.

QVAESTIO CXI.

De peccato mortali in genere.

ET sic denominatur à morte culpę, & gehennæ; Et si crimen communiter sumatur, conuertitur cum peccato mortali; Si propriè, minimè; Et istius ad ve-

niale secundum delectationem aliqua est proportio; At non secundum deformitatem; Suscipitq; peccatũ hoc maius, & minus, sed non magis, & minus, vel secundum quosdam sic, secundum quosdam non; Cuius secundum statum personæ effectus sunt, corrũpere bonum naturale in subiecto, separare, & iterato elongare à Deo; Diuturnitasq; peccati nequaquam gratia sui peccatum inducit, sed gratia contemptus rationis; Cui peccato pœna æterna debetur, quia peccans mortaliter æternum iudicem in suo æterno offendit.

QVÆSTIO CXII.

De delicto in communi.

DElictum dicitur quasi derelictum, quia quòd faciendum est derelinquitur; Et diuersa ratione diuiditur contra commissum, & ipsum complectitur; Sicut nunc maius peccatum est commissum, tunc delictum; Interdumq; simul est delictum cum commisso, interdum non, iuxta actuum diuersitatem; Et omnia delicta ad vnum commune delictum, sicut ad vniuersalem causam reducuntur .i. nolite conformari huic sæculo, veluti omnia commissa ad illud reformamini in nouitate sensus.

QVAE-

QVÆSTIO CXIII.

De ignorantia.

IGnorantia pro defectu, incuria, & voluntate nesciendi, quæ ad salutem necessaria sunt, peccatum est; At pro defectu veræ cognitionis peccatum non est; Quæ interdum pœna est, interdum culpa, interdum causa culpæ, aut concomitans illam, interdum verò horum nullum; Et communior est errore, & illa in debitæ cognitionis defectu, hic verò in assensu, & dissensu consistit; Et prout est in intellectu practico semper comitatur peccatum, secus, vt est in intellectu speculatiuo; Diuersaq; consideratione actuale peccatum dici potest, originale, & medium; Quæ, prout consequitur peccatum, & ipsum aggrauat, secundum Beatum Ambrosium grauissimum, & periculosissimum peccatum est; Et quædam à peccato excusat, quædam autem magis accusat; Et cum detur ignorantia facti, & iuris, & ista secunda iuris naturalis, & diuini, alia verò iuris canonici, & ciuilis, nullus dubitare debet istarum ignorantiarum quandam magis, minusuè excusare, & accusare iuxta statum personarum, & necessitatem ad salutem; Ebrietas, stoliditas, frenesis, dormitio, ignorantia, & stupor nequaquam æqualiter à peccato excusant, sed secundum magis, & minus.

QVAE-

QVÆSTIO CXIV.

De omissione.

NOn ab re omissio peccatum dicitur, cum sit quid voluntarium contra Dei legem. Et actuale est cum ab actu propriè voluntatis procedat; Nec dicendum est omissionem, & transgressionem idem esse, sed se comitari, & consequi; Quæ si propriè sumatur minimè per species multiplicatur, si verò communiter vtrq;. Nullusq; iuxta commune dictum ad impossibile tenetur, sed si ex sua culpa in illud incidit, tenetur ad culpę, & damni satisfactionem: Et quandoq; omissio maius peccatum est, quam cōmissio, aliquādo contrarium asserere oportet, cum diuersa ratione se habeat, vt excedētia, & excessa. Et tunc omissio perpetratur, quādo actui debito actus illicitus, & incōpossibilis connectitur; Omissioq; commissione prior est; Et si perfectus præcepta impleuerit, tametsi quàm plura alia perfectionis supersint, non ob id omittere dicendus est; Cum omissio non respiciat debitum ex accepto, sed ex præcepto; Cui peccato cum peccatum operis, vel actus sit in futuro debetur pœna damni, & sensus.

QVÆSTIO CXV.

De negligentia.

NEgligentia quandoq; peccatum est, quandoq;

comes diſpoſitio, vel pœna peccati; Et interdũ mortale eſt, quandoq; veniale; Differuntq; inter ſe negligentia, deſidia, ſiue torpor, pigritia, ignorantia, & omiſſio, quoniam negligentia eſt reſpectu circunſtantiæ debitæ, & expedientis omiſſio reſpectu actus; Deſidia, & pigritia opus extra hæc faciendum, illa continuandum; Quæ ſi genericè ſumatur, ſic diuerſa peccatorum genera circuit, & ad imprudentiã reduci debet, at ſi ſpecialiter, modo ad accidiam, modo ad auaritiam; Cuius radicẽ, & cauſam rectè aſſignauit Beatus Gregorius, & eſt minor Dei amor, fraudulentiæ verò maximus ſui amor; Et eſt circa opus bonum in genere, deficiente aliqua ex debitis ipſius circunſtantijs; & tũc maximè mortale peccatum eſt, cum circa opera priuilegiata eſt, id eſt, miſſas celebrare, prædicare, & id genus reliqua; Nõ tamen æqualiter eſt circa omnes actuũ circunſtantias; Et quàm diu peccator in peccato ſtat, peccatum ſuum profectò grauat, ſed nouo peccati genere, .i. negligentiæ minime peccat; Eiusq; primum, ac præcipuum oppoſitum eſt, timor diei iudicij; propinquum verò prudentia, vel charitas.

QVAESTIO CXVI.

De commiſſione.

TRanſgreſſio voluntatis, & operis, diuerſa ratione plures ſunt, & vna; Et propter tranſgreſſionem mul-

multarum legum augetur, grauaturq; commissionis peccatum, sed nequaquam multiplicatur; Et transgressio legis propriè commissio dicitur, quamuis aliquando aliter videatur; Et nihil prohibet, eam diuisibilem esse in species formales.

QVÆSTIO CXVII.

De peccato cogitationis.

NVlli dubium esse debet in cogitatione speculatiua haud peccatũ esse, secùs in practica, quæ cõsensui est annexa, & delectationẽ parit, de qua Isidorus cogitatio praua delectationẽ parit, delectatioq; cõsensionẽ; Cogitationisq; peccatum mortale est, ac veniale, diuerso tamen respectu; Peccatumq; oris, & operis maius dicendum est peccato cogitationis, cum ad istud illud ordinetur; Sensus autem; si peccatum præcesserint occasiones peccandi esse poterunt, at minimè ipsis peccabitur, sin autem illas secuti fuerint, etiam interdum, & ipsis delinquitur; Quibus cogitationibus etiã peccare contingit circa præterita, præsentia, & futura, non tamen vti tribus peccatis, sed dispositionibus.

QVÆSTIO CXVIII.

De iudicio suspicionis.

ET hoc iudicium, suspicio, propriè non est, nisi inter-

interdùm materialiter, verumtamen est hanc ad illud disponere; Quæ suspicio quadam ratione bonum dicitur, quadam verò malum; Et interdum malum est culpæ, interdum pœnæ; Et aliquando mortale peccatum est, quandoq; veniale; Et pœna est originalis peccati, atq; actualis; Ac suspicio propriè sumpta Angeli tantum mali est, hominisq; in statu hoc corrupto; Iudiciumq; ex suspicione ortum, non semper rectum est, vti cum ex temeraria, & probabili suspicione prouenit. Secùs si ex violenta, & si constet de moribus, & vita alicuius, quòd bonus, vel malus sit, asserens bonum esse malum, & malum bonum, proculdubio peccat; Contrarium autem affirmãdum est, si non constet.

QVÆSTIO CXIX.

De iudicio præsumptionis, vel vsurpato.

Certitudinaliter iudicare solius Dei est, aliorum autem coniecturaliter; Homo potest de occultis proprij cordis iudicio examinationis simpliciter iudicare, iudicio autem definitionis aliquo modo potest, & quodam modo non potest; De aliorum autem manifestis, si rectè manifesta sint, definitionis iudicium proculdubio fieri potest, si ab eo fiat, cui competit, nullatenus verò iudicium condemnationis in futuro; De nullius autem salute desperandum est, donec nobiscum viuit, nisi de eius finali impœnitentia constaret.

Sicuti dubia propria ob maiorem cautelam in deteriorem, sed aliena humaniter in meliorem partem veniũt interpretanda; Moysemq; peccasse interficiendo Aegyptium illum, hebræum fratrem iniuria afficientem, non quia vindicauit, sed quia in iudicando, modũ excessit; Secùs dicendum est de Phinæes Eleazari filio occidente Israelitam illum cum Madiànitide coeuntẽ, cum id zelo domini iniuriæ vindicandæ fecerit; Siq; Daniel legitimè iudicauit duos senes in Susãnam lasciuientes, non nisi in figuram fuit; Ecclesiastica autem potestas si per se ipsam iudiciũ, quod sæcularis est exerceat, vsurpat: Secùs si per sæculares potestates exerceat; Et quamuis quò ad potestatem sit iudicij vsurpatio, nõ tamen vsurpatio propriè est, sed temeritas, & præsumptio, quò ad scientiam, & bonitatem; Ita ex propria præsumptione non licet vni confessori alterius subditũ in confessione audire, & ei pœnitentiam iniungere, licèt ex alterius iniunctione, vel necessitate, vel ignorantia possit; An autem vni prelato alterius subditũ iudicare liceat, dicendum regulare esse nullum iudicare debere alterius subditum, quamuis in certis casibus instantiam habeat, veluti de consensu illius, cuius subditus est, in minoribus iudicium ferre, & quando iudiciũ per appellationem, vel negligẽtiam, ius ad superiorem deuoluitur, vti patet de Metropolitano; Ratione etiam delicti, & contractus, quibus modis non fit vsurpatio.

QVAE-

QVÆSTIO CXX.

De acceptione personarum.

PErsonarum acceptio est in iustitia, qua persona personæ propter causam indebitam præfertur; Si ratio consanguinitatis secundaria sit, nec timeatur scandalum passiuum; licet consanguineum ad collationem beneficij extraneo præferre,& cæteris paribus personarum acceptio nullatenus est dicenda; Et quamuis nobilis illiteratus ignobili literato in beneficiorũ collatione præferatur, dummodo morum probitas non desit, nequaquam personarum acceptio dicenda est; Si autem in electione præferatur minus bonus magis bono, vtiq; acceptio personarum est, si electio fuerit maioris dignitatis, secùs si minoris beneficij; Et, vt iustitia conspiciatur in essecutione iudicij, nec diuiti, nec pauperi parcendum est, quamobrem pauperẽ diuiti ex compassione, haud propponendum esse dicimus; Nec prælatum malum honorantes peccant, cum id ratione potestatis, sibi à Deo collatæ agant; Et si prælatus malus propter potentiam honoretur, acceptio personarum non committitur, dummodo non sit honor latriæ, soli Deo debitus, vel cum conscientia contrarium dictante; Nec diuites diuitiarum intuitu solummodo honorandi sunt; Quærenti autem cur in potestate non sit personarum acceptio, velut in diuitijs, & alijs fortunæ bonis, dicendum, hoc ideo esse, quoniã

potestas nõ nisi à Deo est, diuitias autem quasi ex quadam vsurpatione prouenisse. Quæ personarum acceptio ideò à Deo in scripturis specialiter remouetur, quia ab eis maxime liberalitatis iustitia attribuitur, personarum acceptioni opposita.

QVAESTIO CXXI.

De peccato consensus.

TEste Beato Bernardo consensus est motus spontaneus voluntatis, siue animi, liber sui, vtranq; potentiam concernens, voluntatem. s. & rationem, differenter tamen peccatum committitur in vtraq;. Mortaleq; peccatum esse potest, atq; veniale in delectationem, & opus, diuersa tamen ratione; Et conscientia tàm recta, quàm erronea aliquando ligant, iuxta varia operum genera; In differentibus tamen, magis standum est præcepto prælati, quàm conscientiæ, & maxime religiosi; Ligantq; conscientiam circa indifferentia, sub ratione tamen differentis, siue circa indifferentia in genere suo; Nec dicendum est meritũ esse in agendo secundum conscientiam, vti demeritum in agendo contra, cum non æquè sit construere, vti destruere; Et in mortali fit contra conscientiam, in veniali autem præter; Sciant iȝ omnes, iuris perplexitatem non esse, quamuis facti; Dubitationes de perplexitate casuum in actibus spiritualibus, & corporalibus;

In actibus spiritualibus quantum ad actum prælationis.

PRimus casus. Si aliquis subditus, quem prælatus scit esse in mortali, & nolle pœnitere, petat instanter sacramentum, in manifesto non est sibi denegandum, exemplo Christi Iudam communicantis, cuius tres dantur rationes, vitatio scandali, ne sit proditor peccati; Ne tunica domini inconsutilis corrumpi videatur; Si autem peccatum sit in ecclesia manifestũ, aliter dicendum est, & sic tollitur perplexitas in casu, quoniam si dat, proijcit corpus Christi in latrinam, & suscipiens indignè recipit; Si autem non dat, scandelizat; & proditor videtur esse confessionis.

Casus secundus. Simpliciter si sacerdos curatus sit, Simoniacè ordinatus, & teneatur celebrare, si est in officio celebrandi, & illud peccatum sit tantum manifestum quò ad se; vt vitet scandalum, habendo dolorem pœnitentialem potest celebrare; Si autem est extra actum celebrandi abstineat, & expectet gratiam dispensationis, si eam habere potest, quoniam ipso iure, quò ad se est suspensus, & hoc ei ex officio incumbit; Si autem peccatum est manifestum sibi, & Ecclesiæ, omnino abstineat, quia aliter faciendo mortaliter peccaret, irregularitatem incurreret, & alios scãdelizaret.

Casus tertius. Quid autẽ de heremita hæremiticam vitam ducente ex voto dicendum sit, ad Ciuitatem ob

mul-

multorum salutem vocato, cum si veniat, retrò respiciat, sin autem multorum salus dimittatur; Respondetur ad tollendam hanc perplexitatem ex propria authoritate venire non debere, quid enim prodest homini si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur, secùs si hoc sibi à Papa imperetur.

Casus quartus. Perplexus quidem est, qui vitæ sæcularia renunciauit, promittens sequi prælatum suum, & ei obedire, accidit, vt prælatus sibi, quæ sæcularia sunt agere præcipiat, non obediendo formidat, & obediendo peccare timet; vt tollatur, si quæ regulæ sunt, & non contra Deum mandet obedire tenetur, aliter dicitur, si quæ contra Deum, & regulam non sunt.

Casus quintus. Qui autem in sæculo est, parentes indigentes habens, & ex voto obligatus est relinquere sæculum, ex vna parte respiciens præceptum illud, Honora patrem tuum, & matrem, &c. Ex alia verò Dauid verba vouete, & redite &c. ne amplius perplexus remaneat, quid agere debet, dicitur teneri ad prouidendum parentibus ex proprio si habeat, & votum non dimittere.

Perplexitates casuum in actibus corporalibus.

CAsus primus. Esto quòd quis deponat gladium apud aliquem cum iuramento, vt reddat, si petat, accidit quòd factus est furiosus, & petit, perple-

xus est, an reddere teneatur; Dicit Gregorius minus malum eligendum esse, quare tenendum est, non teneri ad reddendum gladium; & iuramentum seruandum esse, si salua pietate reddi possit; Si quis autem deponat pecuniam apud aliquem cum iuramēto, vt restituat quando petetur; contingit eum petere ad fenerandum, perplexus est, an restituere debeat, tenetur restituere quia compos est mentis suę, & quis scit, si illo interim Deus mutauerit ipsius voluntatē, quòd de furioso non suam mentis compote dici non potest.

Casus secundus. Est quædam mulier vsurarij cōiux, quæ non habet alia bona ad se sustentandum, nisi bona sui mariti acquisita de vsura, perplexa est, quoniam si illis vtatur particeps fit criminis, si non, nō potest viuere: dicitur, quòd debet petere à parentibus, vel ab alijs bonis viris aliqua, quibus se sustentare valeat, nec in crimine participare cum suo viro; Quæ, & si ab ipso cogeretur, cum in talibus non sit ei subdita, sed quantum ad ea, quæ Dei sunt, potiùs quò ad thorum, tenetur eum dimittere ad tempus.

Casus tertius. Aliquis iurat non detegere facta alicuius amici, qui postea committit adulterium, nouissimeq; vult maritum adulteræ occidere, perplexus videtur, quoniam eo reuelante videtur periurus, si non, sequitur homicidium; Dicitur quòd tenetur talem fraterna correctione monere, qui nisi propter hoc à concepta mala voluntate desistat, tenetur in generali

mo-

monere eum, contra quem tractatur homicidium, vt
caueat, his tamen seruatis, vt non veniat in cognitioné
personæ; Vel alicui religiosæ personæ, hoc dictis con-
ditionibus reuelare, qui sit profuturus vtriq; earum;
Doctor tamen noster dicit talem tuta conscientia dum-
modo non reuelet personam, posse impedire supradi-
ctum malum, nec dicendus est reus periuri.

Casus quartus. Scit quispiam aliquem reum mortis
latere in aliqua parte domus, si interrogatus reuelet, ta-
lis interficitur, si non, mortaliter peccat, quia menti-
tur; Dicendum, quòd debet facere, vel dicere; si sci-
rem, non dicerem, nullus enim debet mortaliter pec-
care propter salutem corporalem proximi.

Casus quintus. Si aliquis promisit simplici verbo, se
plus manducaturum, quàm oportet, nulli dubium est,
quòd si id faciat, venialiter peccat, si non, deficit in
promissione, iste proculdubio perplexus est; Dicédum,
quòd talis debet agere pœnitentiam de indiscreta pro-
missione, & nullo pacto plus debito manducare.

Casus sextus. An autem liceat alicui venialiter pec-
care, vt proximus mortale vitet, diuersimodè à diuer-
sis respondetur; Dicentibus nonnullis imperfectis li-
cere, non autem perfectis, alijs autem etiam perfectis,
doctor autem dicit nullam esse tentionem ad veniale
peccatum, sed potest esse ad saluandum illum à pecca-
to; Dictum autem Apostoli, cupio anathema esse &c.
Intelligatur de pœna corporali iniuste inflicta, quæ li-

citè

vite potest pro alio sub stinens, interim importat peccatum mortale, nulli licet pro alio committere.

QVÆSTIO CXXII.
De peccato taciturnitatis.

CRedant omnes tacere interdum peccatum esse, interdum virtutis actum, & circa necessaria peccatum mortale est, circa verò expedientia, veniale; Maiusq; peccatum est locutionis peccato, quia occasio, vel causa maioris damni, locutionis autē peccatum maius dicendum est, quia in pluribus eo peccatur.

QVÆSTIO CXXIII.
De mendacio.

MEndacium est falsa vocis significatio cum intentione fallendi. Et cum inordinationem dicat, nedum in comparatione ad materiam, verùm etiā in comparatione ad finem, nullatenus ex circumstantia aliqua bonum fieri potest, omneq; mendacium peccatum est, non tamen propriè loquendo, omne peccatum mendacium dici debet, nisi extenso vocabulo quispiam de peccato loquatur. Nec omne mendacium peccatum mortale est, sed quoddam etiā veniale. Quærenti autem, an perfectis aliqua ex causa mentiri liceat; Dicendum, quòd iuxta multiplicem acceptio-

nem, siue intentionem harum vocum mendacium, & perfectis licet, & non.

Censura de mendacijs quorundam antiquorum patrum.

VIdetur Abraham mentitum fuisse cum dixit Genesis xxij. ducens ex præcepto Dei filium suũ ad immolandum, expectate hic, donec ego, & puer illuc vsq; progrediamur, & reuertamur ad vos, cuius intentio erat filium immolare, igitur mendacium dixit; Dicatur, quod & si secundum formam literæ videatur mendacium dixisse, nihilominus in figura veritatem dixit, quoniam respiciebat naturam humanam à verbo assumptam, neq; in vita, nec in morte, nec post ab eo derelictam, immò, nec secundum literam mentitus est, quoniam reuersi sunt, quemadmodum multa ab ipsis veteris testamenti patribus legimus, plerique locorum acta fuisse, Ita, & de Iacob, qui dixit, Ego sum Esau primogenitus tuus, Dicendum quòd nolebat dicere ipsum fore Esau, sed quòd erat ille, cui primogenituræ iura debebantur, ideo per sensum figuratiuum excusatur, cum per Esau, Iudaicus populus figuraretur, & per Iacob, gentilis, qui licèt natu minor esset, ipsi tamen ante Iudaicum fidei Christianæ benedictio debebatur, Teste Apostolo ad Romanos, cap. ix. &c.

 Sic,

ri Sic, & de Ioseph Genesis xxxxiv. Fratribus suis di-
cente, an ignoratis, quòd non sit similis mei in augu-
randi scientia; Et xxxxij. per salutem Pharaonis explo-
ratores estis; quæ cum falsa essent, & contra conscien-
tiam ab eo dicebantur, quare non mentiebatur, ad pri-
mum, secundum aliquos dici posset; Scientiam au-
gurandi strictè sumptam in malum semper vergere, cō-
muniter autem ad bonum, & ad malum, secundum
quem sensum; auguratiuam habuit scientiam, cum
multorum fuerit præscius futurorum; Genesis xl. & xli.
vtrunq; tamen ex Diuo Augustino; Super Genesis solu-
uentes dicimus, hoc non serio, sed ioco dictum fuisse,
veluti exitus probauit, qua de re non pro mendacio ha-
bendum est, cum talia non ioco, sed serio dicantur.

Legitur etiã Exodi primo de Obstetricibus, quę di-
xerunt, quòd non erant Hębreæ, sed Egyptiæ mulie-
res, &c. in quo sunt mentitæ, sic attestantibus Glosa,
& sanctis, an mortaliter, vel venialiter peccauerint, di-
cimus veniale fuisse respectu puerorum, quibus vitam
procurarunt ex pietate, & compassione, respectu au-
tem ipsarum, quia vitam præsentem inordinatè ama-
runt, mortale per relationem ad causam illam; Si quis
etiam methaforicè loquatur, vt dicendo litus aratur;
An talis mentiatur; Dicendum, quod non, cum sic
loqui consuetum sit, & in talibus locutionibus respi-
ciendus sit finis, atq; intentio; Potuit etiam secundum
Diuum Gregorium, forsitan minoris culpæ menda-

 cium

cium fuisse in veteri, quàm in nouo testamentò, vbi in figura omnia contingebant, & sub vmbra; Nec tamen immitandæ sunt personæ veteris testamenti in officiosis mendacijs, cum mala sint ab omnibus deserenda, bona verò amplectenda.

De speciebus mendacij.

QVæ sunt, mendacium officiosum, iocosum, atq; perniciosum; In statu autem hoc corrupto facilius est falsum, quàm verum dicere, secus autem fuisset in statu primitus instituto; Et pro immunditia corporis, nulli licet mentiri, pro immunditia autem spiritus tollenda perfectò mentiri haud licet, imperfectò autem quoniam infirmus est, licere potest, quoniā minori peccato maius, seu maioris periculū redimi potest.

QVÆSTIO CXXIV.

De peccato contentionis.

COntentio est impugnatio veritatis per confidentiam clamoris; Et vt sic definita, semper peccatum est, At non semper mortale, sed interdum veniale, iuxta causarum, quibus contenditur diuersitatem, immò quandoq; nec mortale, nec veniale, sed indifferens; Licetq; quandoq; cum hæreticis contendere, at non quibuscunq; sed cum illis, quos corrigibiles iudicabi-

dicabimus; Et vt veritas magis adstruatur de diuinis scripturis contendere licet, non vt falsa persuadeantur; Atq; in iudicio pro suorum repetitione, dummodo iurgium non intercidat.

QVÆSTIO CXXV.
De scurrilitate, & turpiloquio.

SI propriè scurrilitas sumatur, semper peccatum esse affirmatur, secùs si impropriè; Et iuxta radicem à qua procedit mortale, vel veniale; Et in prælato nisi ex obreptione, vel in præmeditatione proueniat, semper mortale est; Turpitudinemq; in opere excedere, eamq; est in sermone ab omnibus asseritur; Et interdũ scurrilitatem, & stultiloquium coincidere, at propriè hoc ad rationis indiscretionem referri, illam verò ad affectionis lasciuiam.

QVÆSTIO CXXVI.
De multiloquio.

IN quo si propriè sumatur semper peccatum est, nõ autem si communiter accipiatur; Quod si citra linguositatem, vel verbositatem veniale peccatum est, cum his autem interdum mortale esse potest; Et respectu vaniloqui, & stultitiæ diuersa ratione interdum exceditur, & aliquando excedit; Cuius effectus sunt im-

mun-

munditia, pollutio, ammissio intimæ considerationis, descensus ad deteriora; Et sunt ordinati, atq; distincti, quoniam pollutio respicit voluntatem, ita, & progressus ad deteriora, licèt diuersimodè; Alij verò respiciunt rationem, diuersa tamen ratione; Et ita peccatum hoc multiloqui vitatu difficile est, vt non nisi ex speciali gratia sufficienter vitari possit.

QVÆSTIO CXXVII.

De iactantia.

QVę diuerso respectu veniale peccatum dici potest, & mortale; Et ad superbiam reducitur, si fuerit de potentia, si autem de scientia, & alijs bonis, interdum ad inanem gloriam; Et per sermonem iactantiam vitare omnium est, perfectorum.f. & imperfectorum; At iactantiam, obstentationemq; operis per sermonem, non nisi perfectorum; Rationeq; animalis naturæ, magis ad cupiditatem, quàm ad iactantiam inclinamur, secùs ratione spiritualis naturæ.

QVAESTIO CXXVIII.

De adulatione.

ADulatio peccatum est ex vanæ laudis sermone, alicui exhibito placendi intentione; cuius istas est assignare differentias; Quarum prima est, quę bo-

num

num non habitum attribuit, secunda, quæ iam nõ habitum extollit plusquàm sit, tertia, quæ malum nutrit laudando, & dicendo malum bonum, de quibus Psalmus: Quoniam laudatur peccator in desiderijs animę suæ, & iniquus benedicitur; Et est quandoq; mortale, & aliquando veniale peccatum; Graueq; peccatũ est, non tamen omnium grauissimum; Qua de re singuli affirmare tenetur homicidium simpliciter grauius peccatum esse adulatione; Attendant omnes quęso, quòd si quispiam ex mera adulatione beneficium est adeptus omnino resignare tenetur; at non si aliud seruitij genus intercessit; Et magis sibi adulator nocet, quàm adulato, nisi adulatus adulantem foueat, & accersat; Quæ ideo in dies crescere dicitur, & Dei irã imminere, quia adulatus de suis peccatis, continue magis securus factus impęnitens moritur, ac æternis supplicijs traditur; Cuius remedia sunt conscientię testimonium, peccatoris detractio, & viri iusti arguitio.

QVAESTIO CXXIX.

De contumelia, siue conuitio.

ET est peccatum ex improperio sermonis manifesto in nocumentum proximi tendens, quæ si propriè sumatur à conuitio, proculdubio distat, secùs si communiter; Ac mortale peccatum dici potest, sicut, & veniale; Ipsamq; ferre, & non ferre licet, iuxta

con-

conuiciantis, & conuiciati; Quærenti autem, an silere, vel respondere conuicijs victoriosius sit; Dicatur quòd si comparatio in genere fiat, silere, secundum autem personæ conditiones respondere in casu; Quòd peccatum suple contumeliæ ad iram, & superbiam reducitur; Et admodum graue est, & cum adulatione, & detractione tanquam excedens se habēs, atq; excessum.

QVAESTIO CXXX.

De detractione.

CVius triplex consueuit assignari definitio, quarum vna finem indebitum respicit, altera materiam pariter indebitam, tertiam personam, cui infertur, aut inferri intenditur; Alterius verò occultum malum reuelare, quandoq; cum peccato esse potest; & quādoq; non, iuxta bonam, vel malam reuelantis intentionem; Sicuti, & aliquandò mortale peccatum, & aliquando veniale; Generaleq;, & graue tùm maxime in subditis: Audiens autem detractiones, nec reprehendens, aut saltem tristem faciem ostendens, peccat, & non peccat, iuxta ipsius varias dispositiones; Et nullus dubitet detractorem ad restitutionem teneri, quantum in ipso est; Et cum detractio non nisi methaforicè homicidium sit, quamuis graue peccatum existat, non tamen homicidio par esse dici potest, cuius effectus sunt mentis excecatio, & spiritualis lepra, & valet ad

humiliationem; & quo ad fieri potest detractionis occasio subtrahenda est; Detrahentiq; nocet, ac pœna est, sed prout ex inuidia nascitur.

QVÆSTIO CXXXI.
De maledictione.

MAledicere non semper malum est, sed quandoq; bonum iuxta maledicentis maledicti, & maledictionis circunstantias; & quamuis mortale peccatũ dici possit, venialeq; quinimmo, interdum nec hoc, nec illud, sed bonum; Insuper insensibili, ac irrationali creaturæ maledicere licet, at non ratione sui, sed ratione creaturæ peccatricis; Adhuc, & rationali creaturæ maledici potest, at non in quantum rationalis, sed vel, vt à peccato reuocetur; vel vt Dei iustitia manifestetur; Nec tantùm Dei est maledicere, sed etiam hominis, verum aliter, & aliter; Nullusq; alteri pœnam in futuro desiderare potest, cùm maximè vindictę desiderio; Et quamuis graue peccatum sit creaturas maledicere, in quantum creaturas, veruntamen homicidio nequaquam par dici potest; sicut nec blasphemia per essentiam, licet per concomitantiam; Nec æque maledictiones in veteri, ac in nouo testamento conueniunt, cum ibi seruiretur timore, hic amore, illic seruus, hic filius iudicaret.

QVÆSTIO CXXXII.
De blasphemia.

NIl aliud est, nisi contumeliam, vel conuitium in creaturis iniuriam inferre, vel est per quod de Deo ipso falsa dicuntur; & propriè est de Deo, in Sanctis autem propter ipsum dantem illis Sanctitatem; Quamobrem directè, vel indirectè, omnis blasphemia est in Deum; Et eius tres sunt differentiæ, attribuere Deo, quod ei nõ conuenit; Remouere à Deo, quod ipsi cõuenit, & attribuere creaturæ quod Deo attribuendũ est; Et interdum veniale est, interdum mortale peccatum; Quod non solum hic reperitur, sed & in inferno, quamuis aliter; Diuersaq; ratione, velùti excessi, & excedentia se habent periurium, homicidium; & blasphemia; Quæ in dictis propriè est; In factis verò communiter; Remissibileq;, ac irremissibile dici potest; Primum cum ex coactione, vel deceptione fiat secundum cum ex certa malitia, non quia non remittatur, nec possit remitti, sed quia remissionis causam secum nequaquam gerit.

QVÆSTIO CXXXIII.
De risu, & ludo.

ISta, peccata aliquando dici possunt, & non, quinnimo interdum ad meritum sunt tendentia; Mortaliaq;

taliaq; , ac venialia peccata dici possunt iuxta diuersam lætitiæ causam, ex qua originem trahunt. Ita, & de his, qui huiusmodi iuculationibus interesse contingit, dicendum est venialiter .f. an mortaliter peccent; Similiter, & de fouentibus huiusmodi lusores, atq; iuculatores, iuxta diuersam fouendi intentionem.

QVÆSTIO CXXXIV.

De derisione.

Communiter sumendo derisionem idem est, quod subsanatio, proprie autem minime; Venialeq; peccatum est, atq; mortale; Derisioq; patris, & matris, atq; Dei, veluti excedentia se habent, atq; excessa; Et substinens derisiones pro bonis operibus, procul dubio meretur, pro culpis autem minime; Cuius tria sunt damna, retractio .f. à pœnitentia, à vitæ perfectione, & à fide.

QVÆSTIO CXXXV.

De ornatu vestium.

IN Vestium ornatu quàm maximè scandalum existit, si in voluntate adsit libido, & scandalum in opere exteriori; Et excepta necessitatis causa peccatũ est viris muliebria vestimenta deferre. Possuntq; virgines iuxta sui gradus conditionem ornari, verum nul-

latenus æque, vt coiugatæ; Et religiosi iuxta suæ religionis consuetudinem, ac regionum mores, magis, vel minus ornatas vestes deferre possunt: modo nimius excessus non intercidat; Quare ab arte sutorum, & textorum multa sunt rescindenda, & abscindenda ad luxuriam, & lasciuiam pertinentia, potius quàm ad artis necessitatem spectantia.

QVÆSTIO CXXXVI.

De numero peccatorum mortalium.

VNum dici possunt, & plura, diuersa tamen ratione; & ex Beati Gregorij sententia nec plura, nec pauciora quàm septem sunt capitalia peccata; Et ista septimembris peccatorum capitalium diuisio, ex spiritu, anima, & corpore, quibus homo quasi integratur, recte desumi potest, vbi spiritus accipitur secundum se, & simpliciter, prout inter alios spiritus cõputatur, absq; comparatione ad corpus, idemq; in cõparatione ad corpus, anima appellatur, diuersa ergo ratione eadem substantia spiritus, & anima nominantur.

QVÆSTIO CXXXVII.

De superbia.

SVperbia est appetitus, vel amor propriæ excellentiæ, siue celsitudinis, quæ tunc maximè peccatum

tum est, cum quòd Dei est, sibi tribuit, & à semet cognoscit; Et omne peccatum superbia est, verum non formaliter, sed concomitanter, quia s. in omni peccato Dei contemptus est; Et motiuum ad superbiam generaliter, tàm in Angelis, quàm in hominibus est principatus vnitas, siue singulariter velle præesse; Et pertinet huiusmodi peccatum ad vim irascibilem; Et in ratione generis peccati, maximum est peccatum, tùm quia eius motiuum à spiritu magis est inseparabile, tùm quia magis Deo iniuriatur, ab eoq; magis auuertit; Et vix sine inani gloria, inuidia, atq; mendacio reperitur, simpliciter tamen sine ipsis esse potest; Et prout gratuitæ virtutis priuationem importat, æque faciliter vti cætera vitia expellitur, minime autem prout ad appetitum quendam inordinatum dispositionem dicit; Et quamuis excecatio peccatum omne insequatur, à proprietate tamen infidelitatem insequitur, & superbiã, quæ quoniam in se finita est, ideo etiam in diminutione talis erit; qua de re in infinitum diminui nequaquã poterit; Naturaliterq; tale peccatum prius est omnibus alijs; Cuius quattuor sunt species; Prima cum homo à se existimat habere bonum, quod habet; Secunda quamuis desuper datum credat; tamen pro suis meritis; Tertia est cum iactat se habere, quod non habet; Quarta cum cæteris despectis singulariter vult videri; Nec propriè plures dantur, & si quoq; modo contrarium appareret ad istas reducuntur; Duæq;

primæ

primæ grauiores existunt; Quæ humilitati, & charitati opponuntur; Cujus secundum Bernardum sunt duodecim gradus; Nec temporalis, nec spiritualis principatus propriè appetendus est, magis tamen ille, quàm iste.

QVÆSTIO CXXXVIII.

De inani gloria.

APpetitum gloriæ propriæ, vel propter se peccatū esse, non dubitamus; Interdum veniale, & aliquando mortale; Et motiuum ad inanem gloriam est velle laudari; Et formaliter loquendo non sunt idem, inanis gloria, atq; superbia, sed benè, vt in pluribus sese insequuntur; Aequalisq; ambitus sunt inanis gloria, & superbia, ac prima secundæ filia diuersa tamen ratione; Quæ non solùm in homine reperitur, verum etiam, & in Demone, prout Dei voluntate contempta, sibimet placere studet, suaq; , non Dei opera propter se, sibi placent; Quærent autem, an vanagloria maius peccatum sit in claustralibus, vel sæcularibus; Dicendum, aliquando in istis, & aliquando in illis, iuxta bonorum varietatem, de quibus gloriari contingit; & iuxta maius, vel minus motiuum ad vaneglóriandum impellens; Et quadam ratione detestabilius est circa elemosynam, aliā verò circa orationem, & ieiunium; Graueq; peccatum est; tùm quia in eam de facili incur-

ritur,

ritur, tùm quia multipliciter gignitur; Cuius, si quæ sunt species, quatuor sunt .i. affectatio libertatis, dignitatis, potestatis, authoritatis, quæ species dicti peccati non propriæ sunt, nisi materiales dicantur; Ipsisq; opponuntur, vera gloria, timor, & fides.

QVÆSTIO CXXXIX.

De inuidia.

INuidia est tristitia de alienis bonis, vel odium alienę fœlicitatis; Et est capitale peccatum, quia alterius bonum auferri, vel saltem velle diminui, qui actus voluntarius est, atq; culpabilis; Et rarò est veniale; Et quoniam ex ipso plura nascuntur peccata, iure peccatum dicitur capitale; Ac teste Beato Gregorio spirituale; Et grauissimum, nō ratione generalis peccati, sed ratione nocumenti, cum inuidentem semper torqueat; Quòd si de superna gratia irremediabile est, si autem de bonis temporalibus, & ex infirmitate remediabile; Et à toto genere maior est Dęmonis inuidia, quàm hominis; Nec idem peccatum sunt inuidia, superbiaq; Ac est in vi irascibili, tùm concupiscibili; Inuidereq; semper minoris est, atq; inferioris, si non re, saltem existimatione; Et proprie est respectu superioris. Dubitanti autē, an quis sibi ipsi inuidere possit; Dicatur quòd non, propriè, licèt interpretatiuè, & quodam modo; Opponiturq; charitati, miseri-

ſericordiæ, & gaudio, quæ ſunt fructus Spiritus Sancti; Et propriè loquendo non ſunt idem inuidia, & æmulatio, quamuis aliter dicendum ſit, prout æmulatio inuidiæ eſt filia, quo ſtante, multę doctorum authoritates conciliantur, quæ ſibimet prima facie aduerſari videntur; Et quidem occaſionaliter omnium peccatorum mater dici poteſt, haud tamen per ſe.

QVAESTIO CXL.

De ira.

IRæ multæ dantur definitiones, quarum aliquas recenſebimus, primò dicentes, quòd eſt motus animi concitatus ad pœnam inferendam prouocans; Vel eſt omnis mali motus ad nocendum; Vel feruor ſanguinis circa cor ex euaporatione, vel perturbatione felis factus, vel triſtitia ex impotentia ſe vlciſcendi, peccatum malum eſt; Quæ ſecundum ſe malum non eſt, nec de ſe peccatum dicit, quinimmo interdum bonum gratiæ importat, & naturæ, & quadam ratione ad triſtitiam, & concupiſcentiam generalem reducitur: Cuius motiuum eſt vindicta, & peccatum eſt capitale, nec tot modis dicitur ira, quot modis inuidia; Nec ſemper peccatum eſt mortale, ſed aliquando veniale; Ac graue admodum peccatum eſt; minime tamen ſecundum omnem ſui differentiam; Eorumq; omnium vitiorum eſt cauſa, quæ in proximi nocumentum procedunt;

deunt;

deunt; Cui opponuntur patientia, ira per Zelum, & mansuetudo, diuersa tamen ratione, cui vt ex Mattheo colligitur triplex debetur pœna, iudicium, consilium, gehenna.

QVÆSTIO CXLI.

De accidia.

QVæ dicitur ab acedine, siue ab acredine; Et secundum rem non est aliud, quàm tedium interni boni, vel mentis stupor bona inchoare negligentis, haud tristitia aggrauans, vltimo est diffidentia implendi mandata, quarum tertia essentialiter est. Passioq; ac passionis est terminus; Et ex amore tandem tanquam ex radice, capitaleq; vitium, cui opponuntur charitas, fortitudo, gaudium, spes, patientiauè; Diuersumq; peccatum est à peccato inuidiæ, quare non vnũ, sed duo sunt dicenda peccata; Nec admodũ graue peccatum est ratione generis peccati, veluti superbia, & infidelitas ratione tamen desperationis, in qua terminatur, vel ociositatis, quæ ei annectitur: grauissimũ apprimè; Et peccatum ita poni potest accidia penès diminutionem, vti penès superfluitatem, diuersa tamen cõsideratione, & est contra preceptum de Sabbati sanctificatione, at specialius contra prohibitionem quandam Ecclesiasticã; Cuius effectus est intellectus obscuratio.

QVÆSTIO CXLII.

De auaritia.

TEste Patre Augustino, Auaritia est appetitus pecuniæ, altitudinis, & scientiæ. Tulij autem sententia, est immoderatus amor habendi; Si quis autem temporalia diligit ad vsum, bonum est: secus si ad voluptatem; Ad appetitum autem temporalium illicitum nil aliud nos inclinat, quàm naturæ corruptio; Et quia oculorum sensu exteriora bona, circa quæ est auaritia potissimè apprehenduntur; ideo potius dicitur auaritia, oculorum concupiscentia, quàm alicuius alterius sensus; Capitaleq; peccatum esse proculdubio omnes rectè sentientes autumarunt; Spiritualeq; peccatum (prout tamen spirituale dicitur) à spiritu corpus regente; Et opponitur charitati, liberalitati, vel prodigalitati; Et par peccatum est, cum idolatria paritate proportionalitatis: haud tamen paritatè proportionis; Cuius effectus est mentis excæcatio.

QVÆSTIO CXLIII.

De gula.

GVlam esse immoderatum edendi amorem, omnes affirmant; Eiusq; motiuum est apparens alimentis sufficientia; Et in mitatitia non omnis primus motus est peccatum; Generaliterq; sumpta pro

excessu, nedum cibi, verum etiam potus capitale peccatum est; Iuxta tamen cibi diminutionem secundum bonam, vel malam diminuentis intentionem peccatũ contingit esse, & non peccatum; Eiusq; circunstantiæ secundum aliquos sunt quinq;, secundum verò aliquos sunt quattuor, nulla tamen adest contradictio, cum duæ ad vnam reducantur, & sunt sumere lautè, præpropere, nimis ardenter, & studiose; Et admodum graue peccatum est, cum multorum sit occasio peccatorum, & præcipuè luxuriæ; Pudentia verò carnis, diuersa ratione peccatum dici potest, & non; Et propriè virtuti parsimoniæ opponitur, præceptis autẽ non mechaberis, & illi sabbata sanctifices. Quæ tunc in lege naturæ prohibita fuit, cum Adæ pomi esus prohibitus fuit; Et solus appetitus, in relatione tamen ad cibi qualitatem, & quantitatem vitium est &c.

De ebrietate.

ATtestante Seneca, nil aliud est nisi inuoluntaria insania; Nec omnis mortale peccatum est, sed quædam veniale; Qui autem alium inebriat, interdum mortaliter, & interdum venialiter peccat, aliquando autem, nec hoc, nec illud; Et quæ gulæ proprietates dicuntur, eędem, & ebrietatis; Et graue insuper peccatum est, cum naturalium vsum tollat, & brutis, seù bestijs hominem simillimum reddat; Per-

ſonæq; ſtatus hoc peccatum plurimum aggrauat; Cuius effectus eſt ſeruitus, licèt occaſionaliter; Loth autem non ſolum ebrietate, ſed, & inceſtu notandus eſt; Aduertite tamen, quòd quamuis Apoſtolus vetet prælatum eſſe vinolentum explicitè; Similiter, & edacem implicitè in illo verbo; Si quiſpiam autem quærat, cur cum ebrietas graue peccatum ſit, cur ei grauis pœnitentia non infligatur; Dicas quoniam cecitati inebriãtis adſcribitur, & non rationi; Ante verò diluuium dicitur fuiſſe luxuriæ peccatum, poſt autem ebrietas, vt ſic ſemper in genere humano maior aſcenderet peccati corruptio.

QVÆSTIO CXLIV.

De luxuria.

COmmuniter dicitur eſſe appetitum libidinoſę voluptatis; Nec coire ſecundum ſe ſemper malũ eſt, ſed ratione, qua cum non ſua coitur; Cum pluribusq; coire, aliquando eſt contra legem naturæ, & aliquando non, diuerſa tamen ratione; Si quis verò cum ſua ad debitum finem coierit, nequaquàm peccabit, ſecùs ſi id ad non debitum finem fecerit, & omnis luxuria in omnibus mortale eſt peccatum, præterquàm in coniugibus; Et grauiſſimum peccatum eſt pluribus de cauſis propter vehementem libidinis ardorem, quæ eſt in hoc peccato, ſecundùm quàm anima

carni

carni copulatur propter generalitatem peccantium, quia sicut sagena in mare parui, & magni pisces capiũtur, ita magni, & parui homines hoc peccato detinẽtur propter fęditatem; nam fędius est inter alia peccata, & propter rationem duplicis tentationis hostis .s. & carnis; ac ex sc luxuriæ ad superbiam nulla est comparatio, licèt sit ex dispositione diuina; Et secundum Philosophum extremum habet .i. insensibilitatem, secundum autem Theologum nequaquam; Cuius differentiæ assignantur, fornicatio, adulterium, struprũ, sacrilegium, incestus, & peccatum contra naturam; Et cùm mentis incorruptio plenè per pœnitentiam recuperari possit, quę mente corrupta est, aureolam non ammittet, qui verò, vel meretricem, vel viduam matrimonialiter agnouit irregularis euasit, & quamuis non ex parte cognoscentis, ex parte tamen cognitarum; Aliusq;, & alius reatus est fornicantium ante baptismum, & post: ante legem, & post, mulierumq; pauperum, & non pauperum sic, & alia pœna.

QVÆSTIO CXLV.

De filiabus peccatorum mortalium.

INanis gloriæ sunt septem filiæ inobedientia, iactantia, hypocrisis, incontinẽtia, pertinacia, discordia, & nouitatum præsumptio. Si quæ aliæ apparebunt, ad has reducentur, inuidiæ filiæ sunt quinq;, odium,

odium, detractio, susurratio, afflictio in prosperis, & exultatio in aduersis. Iræ filiæ sunt sex, rixa, mentis tumor, contumelia, clamor, indignatio, & blasphemia, Accidię filiæ sunt sex, vagatio mentis circa illicita, malitia, rancor, pusillanimitas, torpor, & desperatio, septem sunt Auaritiæ filiæ, proditio, fraus, fallacia, periurium, mentis inquietudo, inuiolentia contra misericordiam, & cordis obiurgatio, filiæ Gulæ sunt quinque, inepta lætitia, scurrilitas, immunditia, multiloquium, mentis hebetudo circa intelligentiam, Luxuriæ autem filiæ sunt octo, cęcitas mentis, inconsideratio, inconstantia, præcipitatio, amor sui, odium Dei, præsentis sęculi affectus, horror, vel desperatio futuri.

QVÆSTIO CXLVI.

De altera peccati diuisione.

Diuisio peccati per infirmitatem, ignorantiam, & malitiam sumitur penes potentiam, sapientiá, & bonitatem diuinam, contra quæ illa sunt, vel ex parte potentiæ cognitiuæ, motiuę, & animę in coniunctione ad carnem. Nec idem sunt propriè loquendo, peccare ex ignorantia, infirmitate, & malitia; Et ex certa malitia peccare maius est omnibus alijs; ex ignorantia minimum, medium ex infirmitate.

QVAE-

QVÆSTIO CXLVII.

De fornicatione.

SI secundum diuersam rationem carnis peccatum, consideretur fore omne tale fornicario dici potest, Coitusq; cum soluta, vel fornicatio, vtcunq; mortale est peccatum, aliaq; & alia ratione inter peccata carnis fornicatio maius, minusuè peccatum, existimari valet.

De adulterio.

PRopriè non dicitur nisi accessus ad alienum thorum, communiter autem etiam dicitur respectu proprij thori, nec omnibus modis, quibus cum sua peccatur, adulterium est dicendum, minusq; graue est incestu, & vitio gomorrheo, cuius pœna in veteri lege erat mors, nunc autem minimè.

QVÆSTIO CXLVIII.

De peccatis coniugum.

COniugalis concubitus tunc rectè fit, quando causa prolis procreandæ, vel causa debiti reddendi, vel causa vitandæ fornicationis; Tunc autem coniuges in actu illo venialiter peccant, cum sub Deo delectantur, æquè autem Deo, vel supra Deum mortaliter,

Per-

Persona reddens debitum, aut adulterii, aut fornicationis vitandæ causa, mortaliter non peccat. Persona verò, quæ continentiæ votum emisit, petere absq; pœnitentia non potest, sed reddere proculdubio.

QVÆSTIO CIL.

De stupro.

STuprum est virginum illicita defloratio. Quòd propriè adulterium dici nequaquam potest, quãuis communiter; idem de raptu dicendum est, & stuprans tenetur stupratam ducere in vxorem, vel eam dotare.

QVÆSTIO CL.

De raptu.

RAptus est, cum puella violenter à domo patris abducitur, vt corrupta in vxorẽ habeatur, siue puellæ solum, siue parentibus tantùm, siue vtrisq; vis illata constiterit. Et potest quidem raptor, quam rapuit ducere in vxorem, prius tamen peracta pœnitentia, ac cũ vtriusq; parentum consensu, complicibus verò raptorum, quandoq; eadem pœna, quæ ipsis debetur, quandoq; minor. Qui raptor, & si aliquando corporalem pœnam euadere possit, omnimodam minimè.

QVÆ-

QVAESTIO CLI.

De incestu.

INcestus est lubricum carnis cõtra consanguinitatẽ, vel affinitatem commissum; Et incestus in quãtum incestus semper malum est, & maius est adulterio.

QVÆSTIO CLII.

De sacrilegio.

RAtione obligationis Ecclesiæ superuenientis, sacrilegium peccatum est; Respectuq; incestus tàm ratione affinitatis, quàm consanguinitatis tanquam excessa se habent, & excedentia; Aduertat quilibet, quòd vbi est votum sollemne per professionẽ mulier reddendo debitum peccat: Cum propriè non sit reddere debitum: Ibi enim non est legitima cõiunctio viri cum muliere, quæ requiritur in matrimonio: Mulier etiam, quę emisit votum sollemne, & postea iurauit contrahere cum Titio, contrahens peccat, & non debet reddere debitum: immò agere pœnitentiam de iuramento temerario, & permanere in voto.

QVAESTIO CLIII.

De peccato contra naturam.

EX peccatis contra naturam, quod fit cum re al-

terius generis, ſpecieiq; illud grauiſſimum eſt; Cui vitio, pœna mortis debetur, & ignominioſa admodum, virq; brutali modo vxorē cognoſcens peccat, tùm maxime, ſi præter neceſſitatem id agat.

QVÆSTIO CLIV.
De peccato ex ignorantia.

ACtus quidam per ignorantiam malus, nihil prohibet, vt peccatum ſit; Ita & actus mali, ebrietate, furore, & pueritia perpetrati, per ignorantiam peccata dicuntur, at non tanquam ex cauſa principali; Actus autem malus per ignorantiam iuris perpetratus ſecundum multiplicem iuris acceptionem, peccatum dici poteſt, & non peccatum; Actus autem per ignorantiam facti interdum eſt peccatum excuſatione dignum, ſi non à toto, ſaltem à tanto; Actus autem per ignorantiam, tametſi ad culpam non liget, tamen ad pœnam.

QVAESTIO CLV.
De peccato in Spiritum Sanctum.

PEccatum in Spiritum Sanctum eſt perſeuerans cordis duritia impœnitentis; vel eſt peccādi conſuetudo, qua Dei metus ammittitur, & contemptus incurritur; Et eſt idem, quod peccatum ad mortem, licèt op-

cèt oppositum sustineri possit, diuersa tamen ratione; eiusq; sex sunt species, desperatio, præsumptio, impugnatio, agnitæ veritatis inuidentia fraternæ gratiæ, obstinatio, & impœnitentia; Et aliquid aliud peccatum additione, quodammodo peccatum in Spiritum Sanctum etiam dici potest, & opponitur gratiæ pœnitentiali à peccati actualis, mortalis lapsu reparanti; Quod remissibile, ac irremissibile dici potest.

QVÆSTIO CLVI.
De desperatione.

IPsa etiam habet proprium illectiuum, & ideo non propriè peccatum dicendum est, prout peccatum definitur, spreto incommutabili bono bonis mutabilibus adhærere; Et nequaquam idem est, quod vana spes, seù confidentia; Quæ etiam cum fide informi esse potest; Nec simpliciter dicendum est desperantem posse putare suam malitiam excedere diuinam bonitatem, de qua & si desperet, non tamen de eius potentia desperare potest; Et permanet in damnato secundum actum, sed non in demeritum, verum in pœnam. Et quodammodo maximum est peccatorum; Nullusq; dubitet de salute proximi desperare, peccatum esse, cũ idem sit, quod de Dei misericordia desperare; Contra quam principale remedium est confidentia de Christo passo pro genere humano, pro peccato mortuo iux

ta illud Romanorum quinto. Pro impijs mortuus est. Glosa nè desperes de eius potentia, cuius apparet talis in morte beneuolentia.

QVAESTIO CLVII.

De diuisione peccati per timorem malè humiliantem, & per amorem male accendentem.

SVpradicta diuisio apta est; dummodo timor, & amor ex opposito accipiantur, & secundum caussam motiuam formalem diuisio dicta attendatur; Timor autem male humilians est fuga animi; ne perdat, quod amat: Vel timor est perturbatio animi in expectatione futuri mali; Et iuxta præfati timoris multiplicem acceptionem peccatum, & non peccatum; mortale, & veniale nuncupari potest; Cuius timoris prout peccatum est multæ extant differentiæ, Carnalis, Mundanus, Mortis, Vilitatis, Doloris, Segnities, Æru-bescentia, Verecundia, Admiratio, Stupor, Agonia, Propassio, Passio; Timeat quisq; vti debet sæcularem potestatem: sed sub domino, & eius timore præposito; Cuius timoris multiplex est causa inductiua; tamen pro pudicitia seruanda, mortem subire licet; non tamen pro corporis integritate; Timor autem probabilis, siuè vanus, à peccato non excusat, in virum autem constantem timor cadere potest, & excusat, vel simpliciter, vel in parte; Timori autem illicito opponun-

tur,

tur, timor bonus, spes, amorq; diuersa tamen ratione; Amore indebito, quis se amare dicitur pro quanto quis se amat, plus quàm oportet, nec propter Deū; Amorq; sui male accendens causa est omnis peccati mortalis prima, sed non proxima; Et sui amor causa est omnis peccati propinqua, vel remota; Dicenti autem; Cur amor ita vel à peccato, vel à peccati pœna non excusat, veluti timor? Occurrēdum est; Quoniam amor principaliter est à voluntate: timor verò aliunde inducitur; Nec quilibet sui amor idolatria est; Venialisq; sui amor cum charitate stare potest: mortalis verò nequaquam; Nec amor indebitus odium per essentiam dicendus est, sed benè per concomitantiam: nullatenus autem odium naturæ; Sicut nec quisquam se odio naturali odire potest, licèt benè per consequens odio vicioso; & amore charitati repugnante; Cuius pœna in futuro erit ipsemet amor male accendens, qui ibi relinqui non poterit.

QVÆSTIO CLVIII.

De diuisione peccati, quæ est aliud ex concupiscentia carnis, aliud ex concupiscentia oculorum, aliud ex superbia vitæ.

Concupiscentia prout dicitur de dictis tribus peruersa est voluntas boni alicuius mutabilis; Et dicta diuisio admodum sufficiens est: quoniam si ali-

quæ

quæ aliæ libidines apparebunt, ad istas reducentur; Quæ concupiscentiæ si proprie sumantur ex aduerso peccatum condiuidunt; Et concupiscentia carnis in dicta diuisione se extendit ad appetenda delectabilia quinq; sensuum principaliter, & ex consequenti ad reliqua circa illa ordinata; Concupiscentia verò oculorum secundum Bedam est in discendis magicis artibus, in contemplandis spectaculis, in superuacuis rebus temporalibus acquirendis, in dignoscendis, & carpendis vitijs proximorum, ex quo videtur inquirere de proximorum peccatis libidinosè ad oculorum concupiscentiam pertinere, & quamuis appareat huiusmodi libidinosam inquisitionem de peccatis proximorum, spectare ad detractionem: detractionem verò ex inuidia nasci: inuidiam ex superbia, tamen propriè ad concupiscentiam oculorum reducitur; Concupiscentia verò humanæ laudis, quæ inanis gloria est, ad superbiã vitæ propriè reducitur.

QVÆSTIO CLIX.

De idolatria.

IDolatria nil aliud est, quàm latria idolis exhibita; Si quis autem recta ratione vsus fuerit ad idola, nullo pacto mouebitur, neq; moueri poterit, secùs si erronea ratione ductus fuerit; Nec quis propter ignorantiam, quia non est inuincibilis, excusatur à peccato ido-

to idolatriæ, allegans se ortum esse inter idolatras, quoniam nisi ab homine, & doctus fuisset, si quod in se est fecisset, à Spiritu Sancto instructus fuisset, postea per visibilia ad inuisibilia duci potuisset, asserente Apostolo, Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt &c. Nulli insuper licet absq; peccato, idolum ore pro vero Deo confiteri, & si corde contrarium sentiat: Qui enim (dicit Christus) erubuerit me confiteri coram hominibus erubescam, & ego &c. quare vnusquisq; talis, nisi per pœnitentiam reuixerit, mortuus est: neq; aliquo modo reuerentia soli Deo exhibenda: Creaturæ est danda; Nec imaginum factores idolatræ sunt dicendi, cum tales in Ecclesia ponantur. Effectus idolatriæ sunt occasiones omnium malorum: ac omnium peccatorum maximum est. Et cœpit secunda mundi ætate, & tempore Christi desijt. Et cum idolatris naturalem legem in sequentibus communicandum vtiq; fuit, modo nedum Christi contumelia non intercideret, sed animarum potius lucrandarum spes afferet secus de idolatris in idolatria persistentibus, & de eorum salute vtcunq; desperantibus fidelibus.

QVÆSTIO CLX.

Si Iudæi, & gentiles sint cum ritu suo tollerandi.

SI fortè Iudæi aliquando conuertantur, vtque catholica Ecclesia euidens testimonium suæ veracitatis

citatis habeat, tollerandi sunt; Quorum ritus idolatria sunt ratione apostasię, oneris, infedelitatis, ac pronitatis, superstitionisq; Sacrificiorum; Et ne deterius quid contingat, & aliquo modo bonum eliciatur, tollerandi sunt iudęi ritus suos seruare; Iudæiq; illi, qui nunquam crediderunt, nequaquam sunt ad fidem nostram seruandam compellendi, secùs dicendum est de illis, qui aliquando crediderunt.

QVÆSTIO CLXI.

De conuersatione Christianorum cum Iudeis, & Paganis.

ECclesia iudicare habet infideles iudicio pœnæ corporalis, sed minimè iudicio pœnæ spiritualis; Saraceniq; & Iudæi nullo pacto Christianis præesse permitti debent, ne Christiana fides detrimenti quidpiam patiatur; Et stantibus tùm honestate, tùm ecclesiarũ indemnitate, compellendi sunt Iudæi ad soluendum decimas prędiales, secùs si rueret honestas, nec ecclesię damnum illis inde eueniret, neq; negandum est Christianos Iudæum habere posse in mancipium, sed minimè in familiarem, & intimum.

QVÆSTIO CLXII.

De heresi.

HAeresis diuersa consideratione assumi in genere peccati,

cati, tùm in genere falsæ crudelitatis continetur, hisq; proprijssimè hęreticus dicitur, qui temporalis commodi, & maximæ gloriæ, ac principatus gratia nouas opiniones peruersæ gignit, falsasq; pertinaciter sequitur; Communiterq; hęresis, & symonia idem dici possunt, propriè autem nequaquam; Et per se hæc propriè ad nullum ex septem peccatis reducitur, quadam autem ratione ad superbiam, vel inanem gloriam; Et dicitur initium omnium malorum, quia fidem omnis boni fundamentum destruit, non autem, quod illorum omnium propriè sit initium; Et grauius est schismate, quamuis oppositum sub diuersa ratione tueri possit, aduersans primo, secundouè decalogi pręcepto; Extendens se ad omnia credibilia analogia quadam; Quæ opponitur tàm fidei formatæ, quàm informi; Necesseq; est hæreses esse, non simpliciter, sed ad melius esse; Ac cum hæreticis quandoq; communicari potest; Qui tollerari possunt, si occulti fuerint, nec alios corrumpere attentauerint; Et dum mundus durabit, nec hæreses, nec hæretici esse desient, qui si lapsi fuerint, recipiendi sunt, non tamen relapsi.

QVAESTIO CLXIII.

De schismate.

Schisma est illicita ab vnitate ecclesiæ dissensio; Et communiter hæresim includit, sed minimè specialiter;

cialiter; Schiſmaticiq; in ſchiſmate electi, nullam habent poteſtatem; ſecùs ſi extra ſchiſma, & poſtea in ſchiſma fuerint prolapſi; Quorum Sacramenta vera ſunt, ſi in forma eccleſiæ data fuerint, & ritè ordinati; Ab ipſiſq; ordinati ordinem recipiunt, ſi in forma Eccleſiæ ordinati fuerint, at non ordinis executionem; Cum quibus non eſt communicandum, niſi in Sacramentis neceſſitatis, & neceſſitatis articulo; Quorum pœna eſt excommunicatio, depoſitio, manus militaris, & ſi in ſchiſmate permanſerint per poteſtates ſęculares comprimantur.

QVÆSTIO CLXIV.

De apoſtaſia.

APoſtaſia propriè eſt temerarius receſſus à ſtatu fidei obedientiæ eccleſiaſticæ, & religionis; Nec omnis apoſtata infamis eſt, nec æquè; Et à dominis apoſtatantibus illicò excommunicatis ſubditi ab eorum obedientia abſoluuntur; Clericus autem apoſtata tantùm comæ nutritione, clericali priuilegio non priuatur, ſi autem adhuc militaria arma geſtet, & enormibus ſe immiſceat omninò priuatur.

QVÆSTIO CLXV.

De diuinatione.

DIuinationis etſi multæ dentur definitiones, breuitati

uitati attendens hanc allegabo, quòd est vsurpatio præcognoscēdi futura ex quadam pestifera hominum, & Dęmonum societate; Diuinationumq; duo sunt genera, alterum per Dęmonum simplicem inuocationē; alterum verò per circuntectam eorundem inuocationem, octoq; sunt ipsius species, maleficium, sortilegium, augurium, præstigium, ariolatio, per somnia diuinatio, mantice, & mathesis, & excepta quodammodo diuinatione per sortes, omnia alia diuinationum genera sunt illicita, quibus nulla est adhiberdá fides; Istorumq; pœna .s. diuinorum, & sortilegorum erit excommunicatio, & pœnitentia quinquennis.

QVÆSTIO CLXVI.
De sortilegio.

SOrs (teste Beato Augustino) non est aliquid mali, sed res in humana dubitatione posita diuinam indicans voluntatem; In actibusq; humanis sortes proijcere malum non est, in actibus verò animarum salutem concernentibus, non nisi necessitate maxima, & præuia oratione ad Deum fusa projciendæ sunt; Et qui sorte aggreditur experiendum, quòd humana ratione experiri potest proculdubio Deum tentare dicendus est; Nec omni tempore æquè conuenit sortis permissio, sed tempore veteris legis maximè; Nec electionibus, & huiusmodi sortibus consulendum est, quicquid

fuerit de Mathia, & Iona; Et magis in mulieribus, quàm viris sortilegium abundat, quia in eis primum transfusa est doctrina peccati; Et quodammodo grauius est infidelitate, & apostasia, quamuis non simpliciter.

QVÆSTIO CLXVII.
De hypocrisi.

HYpocrisis est amor apparentis bonitatis propter se; Et interdum etiam veniale peccatum est, sed longè à scripturarum consuetudine; Velleq; bonus videri secundum se malum est, nisi circunstantia addatur, per quam ad bonum trahatur; Et ex inani gloria nascitur, ac ad eius finem ordinatur; Graueq; admodum peccatum est, quoniam plurimum deceptorium; Nec quispiam potest se absq; peccato malum, vel hypocritam fingere; nec species formales hypocrisis habet, sed materiales tantùm; Veritatisq; simplicitati opponitur, & per consequens cuiq; virtuti; Et tantùm in Euangelio hypocrisis peccatum Saluator detestatur, vt ostendat, quàm detestabilis sit futurus ei AntiChristus, & pariter quàm sibi odibiles essent Pharisæi, & scribæ, quibus loquebatur, & quòd hypocrita contrarius esset diuino operi, & toti Sanctissimæ Trinitati; Quod peccatum, & si aliquando irremediabile esse legatur, etiam remediabile dici potest, diuersa ratione; Fructusq;

tusq; à quibus hypocritæ cognoſcuntur (prout ex euangelio habemus. A fructibus eorum cognoſcetis eos) ſunt fauor hominum, quæſtus temporalis, & laus humana, quibus potiſſimè frui intendunt hypocritæ.

QVÆSTIO CLXVIII.
De Simonia.

SImonia eſt ſtudioſa voluntas emendi, vel vendendi ſpirituale, ſeu ſpirituali annexũs; Et quò ad quid hæreſis dici poteſt; Quę aliqua ratione grauius peccatũ dici poteſt hæreſi, quamuis ſub alia ratione oppoſitum ſuſtinere valeamus; Simpliciter tamen loquendo idolatria grauius peccatum eſt Simonia; Et ſecundum Beatum Gregorium ſuper illud Iſaiæ 33. poteſt dici ſimoniam contrahi tribus modis, munere à manu, pecunię munere, à lingua fauor, & munere ab officio, vt ſeruitus indebitæ impenſa, ſuper quibus multa venirent conſideranda, quæ breuitatis cauſa exiſtimaui fore dimittenda; Cuius pœna eſt in diuerſis caſibus ſuſpenſio, depoſitio, deſtitutio &c.

QVÆSTIO CLXIX.
De Sacrilegio.

SAcrilegium eſt Sacræ rei violatio, vel vſurpatio; Et committitur ratione perſonæ loci, & rei; Cuius

pœna

pœna secundum canonistas vna est spiritualis, quæ præter pœnitentiam est excommunicatio, & alia pecuniaria.

QVÆSTIO CLXX.
De scandalo.

SCandalum actiuè acceptum est dictum, vel factum minus rectum, occasionem præbens ruinæ, scãdalum verò passiuum est: cum aliquis dat sibi ruinæ occasionem ex dicto, vel facto alterius, siue recto, siue non recto; Et potest sustineri constituere genus peccati ab alijs distinctum, & quod tantummodo circunstantiam addat, licèt diuersa ratione; Interdumq; mortale est, & aliquando veniale, tùm maximè scandalum passiuum; Ac iuxta Euangelij dictum, necesse est scandala esse, non simpliciter, sed pro statu isto corrupto, & ad melius esse, & in genere maius est scandalum actiuum, quicquid sit in subiecto aliquo, nec opera misericordiæ propter vitandum scandalum sunt dimittenda, nec differenda, neq; occultanda, nec consilia Euangelica, ne vitæ veritas in periculo sit, tùm maximè si quispiam iam se illis obligauit, & qui repetit, repetat bona intentione debito modo absq; contentione, & alijs debitis circunstantijs, flatusq; scandalum minimè curet; Ac pro spiritualium seminatione, licèt sumptus accipere, mo-

re, moderatè tamen, & absq; scandalo, & si fames nimis vrget, vesci licet idolatatico, sed non absq; præuia protestatione; Neq; opus iustitiæ, quo vnicuiq;, quod suum est redditur, propter scandalum dimittendum est, & si quandoq; vtile sit, quò ad pœnam suspendere propter imminentia pericula; Et quidem in casu tenetur aliquis alteri suum dare, quando videtur scandalizari, non autem simpliciter, an verò Beatus Petrus scandalizauerit Gentiles discernendo cibaria cum Iudæis; Contendunt Beatus Hieronymus, & Beatus Augustinus primus simpliciter negando, secundus autem quodammodo concedendo.

FINIS.

SVMMVLA RESOLVTIONVM TERTIÆ PARTIS ALEXANDRI DE ALES.

QVÆSTIO PRIMA.

De necessitate incarnationis.

QVICQVID dicant Philosophi: Natura humana non taliter à Deo, (vt modo cernitur) instituta fuit, sed proprio demerito effecta est, & luce lucentius apparebit hominem, magis quàm Angelum reparabiliter lapsum fuisse, inspecta liberi arbitrij hominis proprietate, naturæ eiusdem conditione, peccati qualitate, diuinæ insuper iustitiæ ordine, & misericordiæ congruitate; Ipsamq; reparari necesse fuit ex parte Dei, necessitate immutabilitatis, ex parte autem eius indigentiæ necessitate; Concedereq; omnes indistinctè debent, humanam naturam absq; satisfactione reparari non potuisse; At Deum requiuisse, eandem reparare

ſine ſatisfactione, non niſi cum conditione admittendum eſt: Sicut nec hominem per ſe ſine dono gratiæ ſatisfacere poſſe pro peccato, ſinguli aſſeuerare tenentur: Ex ſe etiam homo pro peccato originali nequaquam ſatisfacere poteſt, quoniam ſicut peccatum illud ex alio contractum fuit, ita per alium ſatisfieri debuit; Cumq; iuſtitia exigat, vt qui peccauit ſatisfaciat prorſus: Angelum vllum pro homine ſatisfacere potuiſſe neutiquàm arbitramur, ſicut maximè, quòd nec aliquem illorum toti humanæ naturæ parem eſſe credendum eſt, nec vnquàm ad deperditam dignitatem illam venturum fore cenſendum eſt: Addes inſuper cum peccatum Adæ infinitum fuerit, tùm ratione Dei offenſi, tùm ratione totius naturæ humanæ damnandæ, infinitum fuerit: creaturaq; omnis pura finita ſit, verè nullam talem pro illo ſatisfacere potuiſſe aſſerimus: Iureuè per Deum hominem humani generis reparationẽ fieri debuiſſe concedimus, vtpotè, qui vt Deus potuit, & vt homo ſatisfacere debuit.

QVÆSTIO II.

De conuenientia Incarnationis Chriſti.

CVm natura humana ordinabilis ſit ad diuinam, rectè eas inter ſe vnibiles eſſe dicimus: Quoniam, & ſi diuina natura ſecundum ſe ab æterno infinita ſit, nullum finiens, nec ab aliquo finita, & per con-

consequens, nec alicui vnibilis, vt tamen est in creatura finiens causa, vnibilis est eidem, & eo magis, quò ipsi contenta non decidit, quæ illum sibi vniat: Et proculdubio abstractis personis, diuina natura humanæ naturæ vnibilis non est, idq; quia natura intelligi non potest nisi in re natura: Diuinaq; natura in vna tantum persona vnibilis fuit humanæ naturæ: Nec ita conueniens fuit Patrem, & Spiritum Sanctum incarnari, velùt filium, tàm ratione propriorum, quàm appropriatorum: Quamuis vnusquisq; catholicus firmiter credere debeat, tàm Patrem, quàm Spiritum Sanctum secundum posse absolutum olim incarnari potuisse, & modo posse, licèt aliter secundum posse congruentiæ iudicare debeat: Ita & quòd humana natura diuinæ vnibilior sit, quam angelica, vt ei per plura similior: Non tamen quòd natura vniuersi ei sit vnibilior quam dicta, cuiquam inferre licebit quinimmo quod ei nullatenus vnibilis sit, quippe cum effectus multiplicatus sit, cuiusq; causa simplicissima: Et vt merens demerenti, & satisfaciens peccāti æquè responderent, humanitas assumpta à verbo, alterius generis esse non debuit quam nostri.

Et nequaquā homo asſūptus à verbo de Adam debuit educi per viam generationis, sed per decisionem corpulentam substantiæ, Spiritus Sancti gratia, & operatione: Deq; fœmina tantùm caro Christi educi debuit sicut de ea solum peccatum, & causa nostræ dam-

nationis sumpsit exordium: Et virgine: Et absq; præiudicio concedi potest, quòd & si Adam non peccasset, adhuc & verbum carnem nostram assumpsisset.

QVAESTIO III.

De prædestinatione incarnationis Christi.

NEc absolutè concedendum est Filium Dei prædestinatum fuisse, sed cum hac additione, videlicet secundum quòd homo: Si exponatur, filius Dei est præordinatus ex gratia ad hoc quòd sit homo, admittendum est, quòd sit prædestinatus esse homo; non aliter: Filium autem Dei dicere esse prædestinatum esse Filium Dei, nullatenus concedendum est cum respectu Filij Dei, qui in hac propositione ex vtraq; parte designatur, non sit accipere antecessionem causalem denotatam per distinctionem prædestinationis: Isq; prædestinatus est secundum quod homo ad gratiam vnionis singularis hominis, & capitis Ecclesiæ: Cuius prædestinatio non de principali significato, sed de cõnotato causa est, & effectiua, & exemplaris, atq; finalis nostræ prædestinationis: Et hic terminus (Prædestinatio) vniuocè, & equiuocè dicitur de prædestinatione Christi, & nostra: alia tamen, & alia ratione.

QVAE-

QVÆSTIO IV.

De assumptione humanæ naturæ.

ASsumere verò naturam humanam conuenit diuinæ naturæ communiter, & propriè; Communiter autem, & impropriè toti trinitati, proprissimè autem personæ filij.

Assumptio conuenit tribus personis quantum ad actionem, & quantum ad personam, cui assumptio facta fuit: Et dici potest naturam humanam esse à verbo assumptam, intelligendo naturam pro eo, ex quo fit esse rei naturalis, siue ex quo res naturalis nata est; Et secundum animam, & secundum corpus: Ideò obmutescant, Valentinus Apolinaris, & Euuomius, Corpusq; mediantè anima veluti congruitatis medio, & non necessitatis: Iurèq; negandum est personam humanam à persona verbi assumptam fuisse; Homoq; intelligitur à Christo assumptus in natura singulari, & quamuis non nisi impropriè Christum hominem assumpsisse dicere possimus, & natura humana assumpta supponit componentia vnita.

QVÆSTIO V.

De coassumptis humanæ naturæ.

CHristus assumpsit naturam humanam cum passibilitate, non cum contraria dispositione ad patiendum

tiendum, vel quæ esset cum necessitate ad patiendum: sed quæ erat cum dispositione ad patiendum: Cumq; intellectus animæ Christi vnitus fuerit intellectui increato, cui omnia patent, nec vlla latent; ignorantia eum detentum fuisse nullatenus credendum est; Assumpsit tristitiam: sed non quæ statum rationis perturbaret; In quo fuit timor, non profectò vitiosus, sed gratuitus, & naturalis. Nec hic posterior quicũq; sed qui est per modum naturæ, vel sensualitatis in apprehensione futuri mali per sensum; Et cum in Christo maior fuerit voluntaria subiectio diuinæ maiestati quam in nobis: maior etiam in eo fuit reuerentiæ timor, quàm in nobis.

Adhuc & in Christo iram fuisse dicimus, citra tamen perturbationem; Et generaliter Christum omnes eos hominum defectus assumpsisse, qui vniuersales sunt, non qui particulares: similiter qui à peccato sunt, non qui ad peccatum, Quos defectus ideò Christus assumpsit, vt veritatem humanæ naturæ ostenderet; & vt nostram duplam vetustatem pœnæ .s. & culpæ, simplici sua vetustate .i. pœnæ consumaret; Nec dicendum est, quod Christus sit duo, sed duorum; Et quod Christus secundum quod homo sit Deus, & secundum quod iste homo est Deus, siue filius Dei, secundum diuersarum acceptionem harum particularũ .s. secundum, & istę concedi possunt, & non concedi prępositę propositiones; Iureq; Christus secundum

quòd

quòd homo: Indiuiduum dici poterit; Secundum autem quòd homo: Persona nequaquam est. Cuius humanitas non propriè, sed quodammodo Christi pars dici potest; Qui totus, & totum dici potest, si totum dicatur ex eo quod nihil est accipere extra quod debet esse intra; Et secundum quod homo absolutè, & quid, & aliquid est.

QVÆSTIO VI.

De vnione incarnationis.

CVmq; in hac Sanctissima vnione persona verbi ad vnitatem suæ hypostasis naturam humanam traxerit, rectè vnio in persona dicenda venit; Abstractaq; totaliter, & simpliciter personalitate à Deo; nullatenus ponere est vnionem in hypostasi. Sed benè abstracta ab altera personarum tantùm; Siq; simpliciter abstracta sit persona, nullam est intelligere vnionem in hypostasi, nullam pariter abstracta hypostasi; intelligere erit vnionem in re naturæ.

Et cum non sit possibile humanæ naturę ex viribus naturalibus ad diuinam naturam eleuari, necessariò intercedit gratia; Vnioq; naturarum in Christo non naturæ, sed gratiæ est: reducibilis tamen est ad vnitatem aliquam per naturam; Ac post diuinę trinitatis vnitatem, vnitas naturarum in Christo, vnitatum omnium est suprema. Quæ vnio verbi cum carne muta-

tio-

tationem facit, sed in humanitate tantùm. Non tamen ista vnio facit quòd verbum sit rectè homo, sed vel quòd verbum sit in humana natura, siue humanæ naturæ, vel rectiùs quòd humana natura sit de esse personę, aut de hypostasi verbi, siue quid suæ hypostasis.

QVAESTIO VII.

De conceptione Christi.

IN temporum plenitudine misit Deus Filium suum factum ex muliere, & factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret; tempus autem incarnationis multis de causis temporis plenitudo appellatur; factusq; Christus secundum naturam humanam, & non diuinam, ex muliere quantùm ad corpulentam substantiam, sub legeuè quò ad voluntariam obseruantiã, & quantum ex parte sui non solum qui sub lege erant redempti sunt, sed omnes, & singuli; Nullus tamen dicere audeat, carnem à verbo assumptam prius, vel posterius esse conceptam, sed simul; Cuius incarnationis Filij Dei prima, & motiua ratio fuit diuinæ charitatis ostensio; Nullisq; nostris præcedentibus meritis condigni, sed benè aliquibus congrui, incarnatus est Christus; Dicitur uè conceptus virtute, & operatione Spiritus Sancti, potiùs quàm patris, vel filij; per appropriationem, aċ per similitudinem conceptionis naturalis; Haudq; Christus dicendus est filius Spiri-

tus

tus Sancti, nè relationum, & proprietatum personalium in diuinis sequatur confusio.

QVÆSTIO VIII.

De Sanctitate conceptionis Christi.

SAnctificatio communiter sumpta, non tantùm est rei rationalis, sed etiam irrationalis, propriè autem non nisi rei rationalis; Illa autem, quæ est de non Sancto in Sanctum, negatiuè quondam dicebatur de Christo, non autem priuatiuè, siue contrariè, illa etiã, quæ est de Sancto in Sanctum continuatiuè, seu extensiuè dicitur de Christo, nec alias; At Beata Virgo, quæ in parentibus ante suam conceptionem per naturam fuit, in quibus minimè sanctificari potuit, ideò ante eius conceptionem nullus sanæ mentis sanctificatam fuisse dicere audebit; Nec etiam in ipsa conceptione sanctificari potuit, cum ad coitum sequatur, ad quem quantumuis Sanctum natura mouet secundum inordinationem fomitis; Nec post conceptionem ante animæ infusionem, cum corpus humanum non nisi ex vnione ad animam possibilitatem habeat ad gloriam, & per consequens ad gratiam, quæ ad Sanctificationem ordinatur; Nullus tamen ambigere debet, Beatam Virginem post animæ infusioñe, ante ipsius natiuitatem in vtero matris Sanctificatam fuisse; Et quicquid nonnulli fuerint arbitrati Beata

Virgo in sua prima Sanctificatione, à fomite omnino Sanctificata fuit; Vt, quæ caro Beatæ Virginis nedum in ordine ad suam Beatam animam, verum etiam in ordine ad verbum diuinum ex ea generandum sanctissima foret iure secundò Sanctificata est, vt puta in conceptu Saluatoris; In qua non à culpa, siue à peccato aliquo Sanctificata fuit, sed à vitiorum sordibus, & taliter, quòd ab ea ablata fuit omnis peccandi potestas; Et liberata fuit à reatu priuationis diuinæ visionis per eo, quod attinebat ad personam: sed non pro eo quòd attinebat ad naturam; A Spirituq; Sancto, & ab Angelo nuntio fuit purgata Beata Virgo: Nullus rectè de Christo sentiens dicat ipsum in Abraham decimari potuisse, quandoquidem in eius lumbis secundum corpulentam substantiam tantummodò fuerit, & non secundum rationem seminalem; Simulq; & illicò corpus Christi conceptú fuit, formatú, atq; assumptú.

QVAESTIO IX.

De Natiuitate Christi.

CVm nasci dicat esse ab alio, diuina autem natura à nullo sit, nullo iure dici debet, diuina natura est Virgine nata. Iuxta variam acceptionem particulæ (bis) dici, & non dici potest, Christum bis natum fuisse: Non tamen duo filij, Christus dicendus est, sed dupliciter; Sicut nec filius adoptiuus dici potest,

teſt, cum nunquam, nec ſecundùm quòd Deus, nec ſecundùm quòd homo filius non fuerit; Filiusq; Dei, & Virginis, nec vniuocè, nec equiuocè, ſed analogicè dicitur Chriſtus; Quærenti autem, an ratio paternitatis, ſiue filiationis vniuocè dicatur de filio Dei, & nobis, reſpondendum eſt, & quidem, cum inibi non ſit differentia ſecundùm rem, ſed tantùm ſecundùm modum; Inſuper & ratio, qua Deus pater noſter dicitur, non vni perſonæ, ſed toti trinitati conuenit, cum tota trinitas ad eam concurrat; Ita & à Patre, Filio, Spirituq; Sancto in nobis eſt filiatio adoptionis per humilitatem, gratiam Sacramentalem, timorem filialem, fidem, & per charitatem, diuerſa tamen ratione; Quę fuit, & ante incarnationem, ſed aliter quàm poſt.

QVÆSTIO X.

De gratia Christi in generali, & ſpeciali.

COgimur prorſus in Chriſto vnionis gratiam ponere, ſiquidem aliter humanæ naturæ poſſibile non erat in tantam vnionem cum natura diuina eleuari, atq; ſublimari; Vti in eodem, ſecundùm quòd homo, ponere gratiam, ſecundùm quam eſt caput Eccleſiæ; Vt in medio, & per modum fidei, meriti, deſiderij, orationis, & diſpoſitionis; Veluti, & gratiam ſingularis ſanctitatis, ſecundùm quam homo ſit ſanctus, cum ſibi nil gratiæ deſit, quæ ab homine haberi

 poſſit;

possit; Gratiaq; vnionis in Christo creata est, & increata; Creata disponens, & præparans, increata autem, quæ Spiritus Sanctus est, completa, & perficiens; In quo eadem, & non eadem, diuersa tamen ratione est gratia vnionis, & quæ caput est Ecclesiæ; Ac secundùm intelligendi rationem, gratia vnionis præcedit illam, qua caput est Ecclesiæ; Qui & si multis rationibus caput Ecclesiæ merito dicatur præcipuè tamen influentiæ ratione; Propriéq; secundum humanam naturam Christus caput Ecclesiæ dicendus est; Nec alijs à Christo propriè conuenit caput esse Ecclesiæ; Et non tantùm hominum, caput est Christus, sed & Angelorum, licèt non simpliciter, sicut & hominum; Et à nemine negandum est, Christum caput esse electorum præsentium, præteritorum, futurorumuè, & reproborum: sed quamdiù in mundo sunt: Animarum etiam simul, & corporum: & licet mali sint de vnitate Ecclesiæ, haud tamen de vnitate corporis Ecclesiæ; Et si quis quæreret, per quid sit vnitas membrorum in corpore Ecclesiæ, Dicatur, per vnam perfectionem, quæ Spiritus Sanctus est; Ac per consimilem dispositionem, videlicet, fidem, spem, charitatem, & opera; Et ab omnibus concedendum est, vnionem capitis Christi ad Ecclesiæ corpus, non esse vnionem simpliciter, sed analogiæ; Et quòd quæuis gratia in Christo, tàm gratia vnionis, quàm capitis, & singularis personæ, diuersa ratione causarum, plenitudinis gra-

nis gra-

nis gratia dici poteſt, ſecundùm etiam gratiam ſingularis perſonę, & caput, & membrum corporis Eccleſię poteſt Chriſtus.

QVÆSTIO XI.

De ſcientia Christi.

CVm in Chriſto Saluatore noſtro duæ ſint naturę, diuina, videlicet, & humana, perfectamq; aſſumpſerit naturam noſtram, ita & in eo duas ſcientias, creatam .ſ. & increatam ſtatuere debemus; Et iuxta diuerſam ſciendi rationem, & ab æterno inditam, & progreſſu temporis partem, ſcientiam Chriſti aſſeuerare valemus; Ita & in ipſo ignorantiam non ponimus; Ratione uè vnitæ naturæ omnium notitiam habuit; Nec eum quicquam latere potuit; Et ſecundum omnem modum; Et nullam ab Angelis accepit; Cuius ſcientia .i. animæ Chriſti æqualis fuit Dei ſcientiæ, quò ad ſcita, ſed non quantum ad medium, & modum quibus ſcitur.

QVAESTIO XII.

De potentia Christi.

CVm iuxta fidei noſtræ principia, Sanctiſſimus fuerit Chriſtus; ideò generaliter, & omnino ab eo peccandi potentiam tollimus; Sicut, & omnipo-

nipotentiam quatenus homo est: secùs vt Deus.

QVÆSTIO XIII.
De voluntate Christi.

IN quo diuersas voluntates ponimus, absq; tamen rebellione ad Spiritum; Non tamen contrarias.

QVAESTIO XIIII.
De oratione Christi.

QVi in horto secundùm affectionem rationis orauit, & sensualitatis: & in omni sua oratione, in omnibusuè exauditus fuit secundum formam petitionis, tametsi non secundum materiam.

QVÆSTIO XV.
De merito Christi.

QVilibet Catholicus in Christo meritum ponere debet, sed lõgè alias quàm in nobis.ſ. de debito habitus, faciendo debitum actus; Et ab initio suæ conceptionis, licèt contrarium teneri possit, diuersa tamen ratione. Et non potuit in vita sua non mereri, quia eius virtutes ociosæ esse non poterant. Iureq; charitate meruisse dicendum est; Et actione meruit, potissimè verò quantùm ad meriti effectum; Ac passione

sione

ſione meruit, de debito vnius actus, faciendo debitum alterius actus; Et ſecundùm humanam in paſſione meruit exaltari, licèt non niſi æſtimatiuè ſecundùm diuinam; Per quam, & ſui corporis meruit exaltationem, ſaltem acceleratiuè; Et ab actu ſaluandi meruit ſibi Chriſtus illud nomen, quod eſt ſuper omne nomen .i. Ieſus; Et generaliter omnium peccatorum deletionem, etiam ſe perimentium meruit Chriſtus; Et etiam æternæ pœnæ; Pœnæq; temporalis cum temporaliter paſſus ſit.

QVÆSTIO XVI.
De paſſione Chriſti.

IN domino Ieſu Chriſto veram potentiam patiendi dicimus, non quidem indiſpoſitam, vt in Adam in ſtatu primo inſtituto non coactam, vt in nobis in ſtatu hoc tertio reſtituto, ſed liberam, & omninò ſuę voluntati ſubiectam, quarè, & ipſum verè paſſum confitemur; Et ſenſibiliter, ſed ex virtute, & poteſtate ſuæ naturæ; Et etiam ſecundum vtranq; rationem .ſ. ſuperiorem, & inferiorem, non tantùm, vt natura, verum etiam, vt ratio: Non tamen dicendum eſt, Chriſtum ſecundum omnem voluntatem paſſum fuiſſe, ſed ſecundum naturalem tantùm, & conditionalem quodammodo, non autem deliberatiuam, & abſolutam: Cuius anima non ſecundum quòd ſpiritus eſt,

eſt, ſed vt anima .i. vt corpori vnita paſſa eſt; Et corporaliter paſſus eſt Chriſtus omnium generum paſſiones, non tamen culpabiles, ſuæq; dignitati derogantes, ſed ad noſtram redemptionem ordinatas; Siq; in Chriſto neceſſitas fuit ad patiendum, & moriendũ quò ad aliquam cauſarum, illa non fuit niſi, quò ad cauſam finalem; Neceſſeq; fuit Chriſtum pati, vt à peccato, diaboloq; redimeremur, nam aliàs propriè liberati, & non redempti diceremur; Vti, & mori, nõ tamen neceſſitate coactionis, ſed immutabilitatis; Profectò quilibet aſſeuerare debet, decuiſſe diuinam iuſtitiam, Chriſtum mori, quia nunquam voluit aliquod peccatum impunitum eſſe, inordinatumuè; Et etiam diuinam miſericordiam; Conueniensq; fuit Chriſtum ab hominibus pati, à quibus niſi paſſus fuiſſet, nunquam tamen à dęmonibus; Cuius paſſio maxima fuit, non ratione corporis peroptimè complexionati, tùm ratione animæ eidem ſummopere adaptatè; Immò attendendo conditiones patientis, paſſionis, & motiui ad patiendum, non ſolùm ſatisfactionem aſſumptam æquauit, ſed longè nimis exceſsit; Eiuſdemq; paſsio, & per modum meriti, & per modũ ſatisfactionis operatur in nobis iuſtificationem à peccatis, ad quod etiam valent dilectio, fides, compaſsio, & immitatio; Deiq;, & hominum mediator eſt Chriſtus, nec quiuis alius, nec etiam angelus eſſe poteſt; Talisq; dicitur ſecundùm proprietates, & hypoſtaſim.

Dici-

Diciturq; mediator, per hoc quod viator; Ac per eiusdem passionem non totaliter à Diabolo ablata est potestas, sed longè imminuta; Benè verum est, quòd per ipsum solum Ianua Paradisi aperta est; Quærenti autem à quo Christus passioni, mortiuè traditus sit. dicendum quòd à patre, à semetipso, à Iuda, à Iudęis, & à crucifixoribus, alia tamen, & alia ratione.

QVAESTIO XVII.

De Morte Christi.

Locuturi de Christi morte, vt sanus habeatur intellectus affirmare debemus, eius mortem non esse separationem humanitatis à diuinitate, sed potius animæ à corpore; Et volentibus nobis, Augustino, & Ambrosio consentire, rectè dicere possumus. Deus est passus, mortuus, & verbum est crucifixum; Ac si quo modo admittere velimus Christum in triduo hominem fuisse, materialiter hoc intelligendum est, haud formaliter; Profectò secundum rationem quandam ad Infernum descendit Christus, superius .i. & inferius; Siq; totum dicatur idem, quod perfectum, sic Christus in triduo totus in Sepulcro, & vbiq; fuit; sed non totum.

tationem facit, sed in humanitate tantùm. Non tamen ista vnio facit quòd verbum sit rectè homo, sed vel quòd verbum sit in humana natura, siue humanæ naturæ, vel rectiùs quòd humana natura sit de esse personæ, aut de hypostasi verbi, siue quid suæ hypostasis.

QVAESTIO VII.

De conceptione Christi.

IN temporum plenitudine misit Deus Filium suum factum ex muliere, & factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret; tempus autem incarnationis multis de causis temporis plenitudo appellatur; factusq; Christus secundum naturam humanam, & non diuinam, ex muliere quantùm ad corpulentam substantiam, sub lege verè quò ad voluntariam obseruantiã, & quantum ex parte sui non solum qui sub lege erant redempti sunt, sed omnes, & singuli; Nullus tamen dicere audeat, carnem à verbo assumptam prius, vel posterius esse conceptam, sed simul; Cuius incarnationis Filij Dei prima, & motiua ratio fuit diuinæ charitatis ostensio; Nullisq; nostris præcedentibus meritis condigni, sed benè aliquibus congrui, incarnatus est Christus; Dicitur-que conceptus virtute, & operatione Spiritus Sancti, potiùs quàm patris, vel filij; per appropriationem, ac per similitudinem conceptionis naturalis; Haudq; Christus dicendus est filius Spiri-

tus Sancti, nè relationum, & proprietatum personalium in diuinis sequatur confusio.

QVÆSTIO VIII.

De Sanctitate conceptionis Christi.

SAnctificatio communiter sumpta, non tantùm est rei rationalis, sed etiam irrationalis, propriè autem non nisi rei rationalis; Illa autem, quæ est de non Sancto in Sanctum, negatiuè quondam dicebatur de Christo, non autem priuatiuè, siue contrariè, illa etiã, quæ est de Sancto in Sanctum continuatiuè, seu extensiuè dicitur de Christo, nec alias; At Beata Virgo, quæ in parentibus ante suam conceptionem per naturam fuit, in quibus minimè sanctificari potuit, ideò ante eius conceptionem nullus sanæ mentis sanctificatam fuisse dicere audebit; Nec etiam in ipsa conceptione sanctificari potuit, cum ad coitum sequatur, ad quem quantumuis Sanctum natura mouet secundum inordinationem fomitis; Nec post conceptionem ante animæ infusionem, cum corpus humanum non nisi ex vnione ad animam possibilitatem habeat ad gloriam, & per consequens ad gratiam, quæ ad Sanctificationem ordinatur; Nullus tamen ambigere debet, Beatam Virginem post animæ infusionẽ, ante ipsius natiuitatem in vtero matris Sanctificatam fuisse; Et quicquid nonnulli fuerint arbitrati Beata

Virgo in sua prima Sanctificatione, à fomite omnino Sanctificata fuit; Vt, quæ caro Beatæ Virginis nedum in ordine ad suam Beatam animam, verum etiam in ordine ad verbum diuinum ex ea generandum sanctissima foret iure secundò Sanctificata est, vtputa in conceptu Saluatoris; In qua non à culpa, siue à peccato aliquo Sanctificata fuit, sed à vitiorum sordibus, & taliter, quòd ab ea ablata fuit omnis peccandi potestas; Et liberata fuit à reatu priuationis diuinę visionis per eo, quod attinebat ad personam: sed non pro eo quod attinebat ad naturam; A Spirituq; Sancto, & ab Angelo nuntio fuit purgata Beata Virgo: Nullus recte de Christo sentiens dicat ipsum in Abraham decimari potuisse, quandoquidem in eius lumbis secundum corpulentam substantiam tantummodò fuerit, & non secundum rationem seminalem; Simulq; & illicò corpus Christi conceptū fuit, formatū, atq; assumptū.

QVAESTIO IX.

De Natiuitate Christi.

CVm nasci dicat esse ab alio, diuina autem natura à nullo sit, nullo iure dici debet, diuina natura est Virgine nata. Iuxta variam acceptionem particulæ (bis) dici, & non dici potest, Christum bis natum fuisse: Non tamen duo filij, Christus dicendus est, sed dupliciter; Sicut nec filius adoptiuus dici potest,

teſt, cùm nunquam, nec ſecundùm quòd Deus, nec ſecundùm quòd homo filius non fuerit; Filiusq; Dei, & Virginis, nec vniuocè, nec æquiuocè, ſed analogicè dicitur Chriſtus; Quærenti autem, an ratio paternitatis, ſiue filiationis vniuocè dicatur de filio Dei, & nobis, reſpondendum eſt, & quidem, cum inibi non ſit differentia ſecundùm rem, ſed tantùm ſecundùm modum; Inſuper & ratio, qua Deus pater noſter dicitur, non vni perſonæ, ſed toti trinitati conuenit, cum tota trinitas ad eam concurrat; Ita & à Patre, Filio, Spirituq; Sancto in nobis eſt filiatio adoptionis per humilitatem, gratiam Sacramentalem, timorem filialem, fidem, & per charitatem, diuerſa tamen ratione; Quę fuit, & ante incarnationem, ſed aliter quàm poſt.

QVÆSTIO X.

De gratia Christi in generali, & speciali.

COgimur prorſus in Chriſto vnionis gratiam ponere; ſiquidem aliter humanæ naturæ poſſibile non erat in tantam vnionem cum natura diuina eleuari, atq; ſublimari; Vti in eodem, ſecundùm quòd homo, ponere gratiam, ſecundùm quam eſt caput Eccleſiæ; Vt in medio, & per modum fidei, meriti, deſiderij, orationis, & diſpoſitionis; Veluti, & gratiam ſingularis ſanctitatis, ſecundùm quam homo fit ſanctus, cum ſibi nil gratiæ deſit, quæ ab homine haberi

 poſſit;

poſſit; Gratiaq; vnionis in Chriſto creata eſt, & increata; Creata diſponens, & præparans, increata autem, quæ Spiritus Sanctus eſt, completa, & perficiens; In quo eadem, & non eadem, diuerſa tamen ratione eſt gratia vnionis, & quæ caput eſt Eccleſiæ; Ac ſecundùm intelligendi rationem, gratia vnionis præcedit illam, qua caput eſt Eccleſiæ; Qui & ſi multis rationibus caput Eccleſiæ merito dicatur præcipuè tamen influentiæ ratione; Propriéq; ſecundum humanam naturam, Chriſtus caput Eccleſiæ dicendus eſt; Nec alijs à Chriſto propriè conuenit caput eſſe Eccleſiæ; Et non tantùm hominum, caput eſt Chriſtus, ſed & Angelorum, licèt non ſimpliciter, ſicut & hominum; Et à nemine negandum eſt, Chriſtum caput eſſe electorum præſentium, præteritorum, futurorumuè, & reproborum: ſed quamdiu in mundo ſunt: Animarum etiam ſimul, & corporum: & licèt mali ſint de vnitate Eccleſiæ, haud tamen de vnitate corporis Eccleſiæ; Et ſi quis quæreret, per quid ſit vnitas membrorum in corpore Eccleſiæ; Dicatur, per vnam perfectionem, quæ Spiritus Sanctus eſt; Ac per conſimilem diſpoſitionem, videlicet, fidem, ſpem, charitatem, & opera; Et ab omnibus concedendum eſt, vnionem capitis Chriſti ad Eccleſiæ corpus, non eſſe vnionem ſimpliciter, ſed analogiæ; Et quòd quæuis gratia in Chriſto, tàm gratia vnionis, quàm capitis, & ſingularis perſonæ, diuerſa ratione cauſarum, plenitudi-

nis gratia dici potest; secundùm etiam gratiam singularis personę, & caput, & membrum corporis Ecclesię potest Christus.

QVÆSTIO XI.
De scientia Christi.

CVm in Christo Saluatore nostro duæ sint naturę, diuina, videlicet, & humana, perfectamq; assumpserit naturam nostram, ita & in eo duas scientias, creatam .f. & increatam statuere debemus; Et iuxta diuersam sciendi rationem, & ab æterno inditam, & progressu temporis partem, scientiam Christi asseuerare valemus; Ita & in ipso ignorantiam non ponimus; Rationeuè vnitæ naturæ omnium notitiam habuit; Nec eum quicquam latere potuit; Et secundum omnem modum; Et nullam ab Angelis accepit; Cuius scientia .i. animæ Christi æqualis fuit Dei scientiæ, quò ad scita, sed non quantum ad medium, & modum quibus scitur.

QVÆSTIO XII.
De potentia Christi.

CVm iuxta fidei nostræ principia, Sanctissimus fuerit Christus; ideò generaliter, & omnino ab eo peccandi potentiam tollimus; Sicut, & omnipo-

nipotentiam quatenus homo est: secùs vt Deus.

QVÆSTIO XIII.
De voluntate Christi.

IN quo diuersas voluntates ponimus, absq; tamen rebellione ad Spiritum; Non tamen contrarias.

QVAESTIO XIIII.
De oratione Christi.

QVi in horto secundùm affectionem rationis orauit, & sensualitatis: & in omni sua oratione, in omnibusuè exauditus fuit secundum formam petitionis, tametsi non secundum materiam.

QVÆSTIO XV.
De merito Christi.

QVilibet Catholicus in Christo meritum ponere debet, sed lõgè alias quàm in nobis. s. de debito habitus, faciendo debitum actus; Et ab initio suæ conceptionis, licèt contrarium teneri possit, diuersa tamen ratione. Et non potuit in vita sua non mereri, quia eius virtutes ociosæ esse non poterant; Iureq; charitate meruisse dicendum est; Et actione meruit, potissimè verò quantùm ad meriti effectum; Ac passione

ſione meruit, de debito vnius actus, faciendo debitum alterius actus; Et ſecundùm humanam in paſſione meruit exaltari, licèt non niſi æſtimatiuè ſecundùm diuinam; Per quam, & ſui corporis meruit exaltationem, ſaltem acceleratiuè; Et ab actu ſaluandi meruit ſibi Chriſtus illud nomen, quod eſt ſuper omne nomen .i. Ieſus; Et generaliter omnium peccatorum deletionem, etiam ſe perimentium meruit Chriſtus; Et etiam æternæ pœnæ; Pœnæq; temporalis cum temporaliter paſſus ſit.

QVÆSTIO XVI.
De paſſione Chriſti.

IN domino Ieſu Chriſto veram potentiam patiendi dicimus, non quidem indiſpoſitam, vt in Adam in ſtatu primo inſtituto non coactam, vt in nobis in ſtatu hoc tertio reſtituto, ſed liberam, & omninò ſuę voluntati ſubiectam, quarè, & ipſum verè paſſum confitemur; Et ſenſibiliter, ſed ex virtute, & poteſtate ſuæ naturæ; Et etiam ſecundum vtranq; rationem .ſ. ſuperiorem, & inferiorem, non tantùm, vt natura, verum etiam, vt ratio: Non tamen dicendum eſt, Chriſtum ſecundum omnem voluntatem paſſum fuiſſe, ſed ſecundum naturalem tantùm, & conditionalem quodammodo, non autem deliberatiuam, & abſolutam: Cuius anima non ſecundum quòd ſpiritus

eſt,

est, sed vt anima .i. vt corpori vnita passa est; Et corporaliter passus est Christus omnium generum passiones, non tamen culpabiles, suæq; dignitati derogantes, sed ad nostram redemptionem ordinatas; Siq; in Christo necessitas fuit ad patiendum, & moriendũ quò ad aliquam causarum, illa non fuit nisi, quò ad causam finalem; Necesseq; fuit Christum pati, vt à peccato, diaboloq; redimeremur, nam aliàs propriè liberati, & non redempti diceremur; Vti, & mori, nō tamen necessitate coactionis, sed immutabilitatis; Profectò quilibet asseuerare debet, decuisse diuinam iustitiam, Christum mori, quia nunquam voluit aliquod peccatum impunitum esse, inordinatumuè; Et etiam diuinam misericordiam; Conueniensq; fuit Christum ab hominibus pati, à quibus nisi passus fuisset, nunquam tamen à dęmonibus; Cuius passio maxima fuit, non ratione corporis perioptimè complexionati, tùm ratione animæ eidem summopere adaptatè; Immò attendendo conditiones patientis, passionis, & motiui ad patiendum, non solùm satisfactionem assumptam æquauit, sed longè nimis excessit; Eiusdemq; passio, & per modum meriti, & per modũ satisfactionis operatur in nobis iustificationem à peccatis, ad quod etiam valent dilectio, fides, compassio, & immitatio; Deiq; , & hominum mediator est Christus, nec quiuis alius, nec etiam angelus esse potest; Talisq; dicitur secundùm proprietates, & hypostasim;

Dici-

Diciturq; mediator, per hoc quod viator; Ac per eiusdem passionem non totaliter à Diabolo ablata est potestas, sed longè imminuta; Benè verum est, quòd per ipsum solum Ianua Paradisi aperta est; Quærenti autem à quo Christus passioni, mortiuè traditus sit. dicendum quòd à patre, à semetipso, à Iuda, à Iudęis, & à crucifixoribus, alia tamen, & alia ratione.

QVAESTIO XVII.

De Morte Christi.

LOcuturi de Christi morte, vt sanus habeatur intellectus affirmare debemus, eius mortem non esse separationem humanitatis à diuinitate, sed potius animæ à corpore; Et volentibus nobis, Augustino, & Ambrosio consentire, rectè dicere possumus. Deus est passus, mortuus, & verbum est crucifixum; Ac si quo modo admittere velimus Christum in triduo hominem fuisse, materialiter hoc intelligendum est, haud formaliter; Profectò secundum rationem quandam ad Infernum descendit Christus, superius .i. & inferius; Siq; totum dicatur idem, quod perfectum, sic Christus in triduo totus in Sepulcro, & vbiq; fuit, sed non totum.

QVÆSTIO XVIII.

De Resurrectione Christi.

QVia nõ solum credere debemus passionem Christi, & mortem, sed etiam suam resurrectionem, ideò vnusquisq; firmiter tenere debet necessarium fuisse Christum resurgere, non solum pro viatoribus, verum etiam, & pro beatis; Ipsiusq; resurgendi modus, longè fuit à nostro: quare à morte, & non ab incineratione resurrexisse tenendum est. A omni causarnm genere resurrectio Christi causa fuit nostræ resurrectionis; etiam meritoriè licèt impropriè. Et vt in re consideratur, & vt in anima, nostrarum causa est iustificationis animarum; corporumq; bonorum, & malorum resurrectionis causa est sua resurrectio. Remota, & nequaquam iniuncta, quicquid sit de Beata Virgine, paucisq; alijs. Necessariaq; licèt non per se, sed per accidens. Et tàm passio, quàm resurrectio Christi causa est nostræ resurrectionis, at prima per modum meriti, secunda verò per modum efficientis; Nec vtiq; vsq; ad generalem resurrectionem differenda erat, tùm propter eius nobilem conditionem, tùm propter nostram informationem, & rationabiliter vsq; ad tertium diem differenda fuit; ideo tribus diebus, & tribus noctibus iacuit Christus mortuus per synecdochem loquendo, ita & ante lucem, & post lucem resurrexisse aliqua ratione dicere possumus.

QVAE-

QVÆSTIO XVI.

De Transfiguratione Christi.

VT distinctè in hac materia procedamus iurè quispiam quærere posset, si mutatio facta in corpore Christi in Monte Thabor, transfiguratio dici debeat. Cui satisfacere volentes, indubitanter dicendum est, quòd si transfiguratio dicatur transformatio, siue mutatio in formam aliam, vel alias signatio vtiq;. Si autem mutatio figuræ secundum quantitatem minimè; Claritas autem, quæ tunc in corpore Christi apparuit vera fuit, & realis. In corpore, & etiam in aere circunfuso: diuersa tamen ratione. Quæ similis, & non similis potest dici claritati gloriosæ, at diuersimodè; Naturalisq;, & assumpta dici potest secundū varios respectus. Nec aliud corpus astantium ibi, & in illo actū transfigurabile, vel tranfiguratum fuit nisi Christi, & hoc ratione gratiæ vnionis. Rectèq; præsignata fuit gloria resurrectionis Christi per claritatem in Monte Thabor, & per subtilitatem, nam ad primam reliquæ sequuntur dotes, & intellectiuam cognitionem sensitiua præit Verèq;, & realiter Moyses, & Hælias apparuerunt, sed Moyses in anima propterea tantum, Hælias verò in anima, & corpore. Corporalisq;, vtcunq; fuit visio illa trium Apostolorum Petri videlicet, Ioannis, & Iacobi.

QVÆSTIO XX.
De argumentis resurrectionis Iesu Christi.

Differre ab inuicem ratione, veteris, & noui testamenti apparitiones quilibet affirmare tenetur. Huiusmodiq; apparitionis argumenta plurimum ad veram Christi, & gloriosam resurrectionem adstruendam conferebant; Nec eis inhærendo, vna cum fide meritum fidei tollebatur; Dupliciaq; fuerunt isthæc argumenta, quædam .s. sensum promouentia, alia verò intellectum excitantia, sufficientiauè. Effigies autem illa non gloriosa, in qua Christus primum se duobus discipulis in Emaus euntibus ostendit, non fuit ex parte Christi, cum corpus gloriosum haberet, sed ex parte ipsorum, illam gloriosam tunc ferre non potentium; Et corpus eius post resurrectionem palpatum, palpabileq; fuit in veritate suæ naturæ, & ex natura suæ glorificationis, Thomasq; vidit, & tetigit, sed primum sibi, secundum nobis; Verèq; Christus post resurrectionem comedit, quantum ad masticationem, & inuentum traiectionem, ad ostendendam veritatem resurrectionis, sed non quantum ad conuersionem alimenti in rem alitam, sed cibus ille statim euaporabat.

QVÆ-

QVÆSTIO XXI.

De Ascensione Christi.

CVm Christus habuerit principium motus intra se .i. Beatam suam animam, naturamq; sui corporis glorificatam, eidem animæ obtemperantem, & simul vtranq; diuinæ naturæ obedientem, facile ipsum in Cœlum ascendisse verè dixerimus; Quæ & naturalis fuit; Ac secundum aliquos successiua, spatioq; cōmetita; & secundum alios temporanea, licèt imperceptibiliter; Siq; propriè de ascensu, ac descensu loquamur vtiq; secundùm humanam naturam dicēdum esse asseueramus licet nōn absq; virtute diuinæ naturæ; Et fuit quadragesimo die à sua resurrectione; vt sic longè, lateq; eius resurrectionis veritas probaretur; Qui ascendens super omne corporeum locale, à loco ascēdit, at super corporeum non locale potestate, dignitateuè; Et hoc vltimo modo super omnes Angelos, & animas beatas, ex qua ascensione non debemus dicere Christo nouum gaudium accreuisse, sed nouum modum gaudendi stante peccato, necessum fuit ex ordine dispensationis specialis, vt Christus Cœlum conscenderet, in paradisumq; introiret, si nos illo eodem, & conscendere, & introire debebamus; Profuitq; bonis, & viuis eius ascensio ad maiorem spei beatitudinis certificationem, & ad spiritualiorem diuini amoris susceptionem.

QVAE-

QVÆSTIO XXII.
De sessione Christi ad dexteram patris.

NEc alijs quam Christo ad dexteram patris sedere conuenit, licet esse, & alijs non repugnet; & secundum quod homo, id Christo conuenire dicimus ratione vnionis: haud tamen naturæ conditione; Et quidem etiam Spiritui Sancto ad dexteram patris sedere conuenit propriè loquendo, sed non appropriatè; Filio autem conuenit absolutè, propriè, & per appropriationem.

QVAESTIO XXIII.
De aduentu Christi ad iudicium.

IN cuius aduentu immutabuntur corpora cœlestia, in lumine, & situ; non profectò illorum priuatione, sed apparitione, vel magis absconsione; idq; propter superuenientem corporis Christi claritatē maiorē; Et verba illa. Virtutes Cœlorum mouebuntur, ita sunt interpretanda .i. Angeli affectu reuerentiæ, & timoris in propriam paruitatem resilient ex maiestatis Christi contemplatione; Si autem quis scire velit, quod sit signum illud filij hominis apparriturum; Dico quod erit, aut Crux Christi, aut signa passionis in eius carne, aut ipsa crux in frontibus fidelium impressa; Ignis autem conflagratio, diuerso effectu, iudi-

cium

QVAE-

eium præcedet, & sequetur; At quod ab Apostolo dicitur, In iussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei, &c. requiritur, minime tamen de necessitate, sed solum de congruitate; Nec Vallis, Iosaphat dici debet iudicij locus, sed aer Monte Oliueti circunstans, ex quo Christus ad patrem ascendit, diemq; tempus, & horam istius iudicij scit, & sciuit Christus pro se tamen, non pro Ecclesia, nec ex generali natura humanitatis, sed virtute diuinitatis, iudicium insuper exterius, quod est foris apparere, causam proponere, & sententiam ferre, solum filio contingit, & secundum vtranq; naturam, iudicium verò interius patrem, & filium decet. Haud tamen reprobi in forma diuinitatis Christum iudicem videre potuerunt, sed benè humanitatis, profectò glorificatæ, non tamen delectabiliter propter ipsorum indispositionem ad videndum: Angeli verò nō iudices, sed ministri iudicis erunt, Sancti tamen omnes iudicabunt, at præheminenter Apostoli, non iudicio retributionis, sed comparationis, associationis, & attestationis.

QVÆSTIO XXIV.

De lege æterna.

CVm mens nostra iudicatrix erroris mutabilitatē patiatur, statuenda erat super eam lex veritatis immutabilis, quam æternā legem appellamus; Istiusq;

legis

legis æternę notio cuilibet mundo animo innata est, at non eius iudicium, quæ lex nil aliud est, quàm æterna lex omnium artium, lexq; omnipotentis artificis; Personæ profectò diuinæ, & quadam ratione omnibus tribus personis appropriatur; Mutabilisq;, & immutabilis dici potest secundum simpliciter, primum autem in effectu; Vt ars vna est, vt ratio plures; Leges autem iniquæ, vt huiusmodi ab æterna lege, nequaquā deriuantur; Lex autem fomitis si passibilitatis, & afflictionis dicatur, ab æterna lege est, si autem fęditatis, & maculæ, à diabolo, vel peccato: Si quid autem iustum, & legitimum in legibus humanis est, id omne à lege æterna tractum est; Vti & lex naturalis, at secundum propinquius, & remotius; Cui æternæ legi diuinam voluntatem nequaquam subiectam dicimus, cum sit ipsamet æterna lex; Et eadem ratione, nequaquam filius Dei; Nullus tamen negare debet irrationalia æternę legi esse subiecta, sed subiectione naturali, & absq; iudicio; Reprobi autem, quò ad præceptionem isti non sunt subiecti, sed quantum ad punitionē; De iustis autem idem dicendum est, i. quod subijciuntur, at quantum ad voluntatem, & obedientiam: Adhuc, & Beatos eidem subiectos dicimus, prout ipsorum voluntates diuinæ conformantur voluntati; Cuius sex sunt effectus .s. præcipere, vetare, consulere, permittere, punire, & præmiare.

QVAE-

QVÆSTIO XXV.

De lege naturali.

LEgem naturalem rationali creaturæ inditam esse faciliter à sapientibus comprehendi potest; diuersa ratione increata, & concreata dici potest, vt regula prima exemplaris increata, vt secunda concreata; Quæ habitus est facultatis per se, & principaliter; Si quorum autem aliorum, non nisi per consequens; Motiuus .s. & cognitiuus, & conuenit quodammodo, cum conscientia, & synderesi, sed neutra illarum est. Delebilis profectò, & indelebilis dici potest: primum quò ad effectum, secundum quò ad essentiam; Mutabilisq; & immutabilis; quorum secundum, quò ad rationem præceptorum, sed mutabilis quo ad obseruantiam; Iuxtaq; multiplicem iuris naturalis acceptionē, Augustinus, Hugo, Isidorus, Tullius, aliiq; iuris periti rectè assignarunt, quæ iuris naturalis esse dicuntur; Et quod est secundum ius naturale ex concessione, licet secundum ius pontificium, & è conuerso, sed minimè quod est ex præceptione, vel prohibitione; Et quidem habet præcepta ordinatiua ad Deum in eo, quod homo ad imaginem, & similitudinem Dei est; Dictatq; articulos fidei in vniuersali, & implicitè, non autem in particulari, & explicitè; Expresséq; diligere Deum supra se, primò, & super omnia est de lege naturali tanquam in insinuante, & signante, sed non tan-

quam in efficiente, vel producente. Resoluendo illam perarduam difficultatem sæpè inter doctos agitatam dicimus. Matrimonium quantum ad rem, & similitudinem de iure naturæ esse, non autem quantum ad significationem, & sanctificationem; Similiter ad illam de exceptione patris, & matris, fratris, & sororis, à Matrimonio; An de dictamine legis naturę sit; & quidem; Sed prima tanquam debitum, secunda tanquā decens, & honestum; Vnaq; debet esse vnius prout ratio mouet, vt ratio, & inseparabiliter.

QVÆSTIO XXVI.
De lege Moysi in generali.

VTileq;, & necessarium fuit legem Moysi ferri in adiutorium legis naturæ multis de causis; Quę & maximè ad salutem necessaria fuit, etiam non Iudęis, temporeq; congruo data fuit, itaquod nec prius, nec posterius dari conueniens fuit; Sicut & solis Iudæis dari debuit, Tùm quia vnum solum Deum adorabāt, tùm quia ex ipsis Messias nasciturus erat; Et quicquid dixerunt impij Manichęi Lex Moysi ab optimo Deo data fuit, & per Angelos medios; Contentaq; in ipsa lege omnia bona sunt, & sancta; at cerimonialia propriè, & saltem ex circumstantia; Iustaq; ac omnia in ipsa contenta cerimonialia, iudicialia, & mortalia, Christus obseruauit; Et cum præcepta legis Euangelicæ

onere

onere aleuiante, & non agrauante, onerent, ipsorum obseruantia minus est onerosa, quam illius, quamuis legis Euangelicæ præcepta sint simpliciter difficiliora; Quo ac ad multiplicitatem præceptorum, quantum ad cerimonialia lex magis onerabat, at Euangelium quãtum ad moralia intelligendo, vt supra; Simpliciterq; etiam omnibus paribus magis onerat ferẽtem onus legis, quam Euangelij; Si quo autem modo dicere velimus legem iustificasse hoc solum erat, iustitiam significando, non autem iustam faciendo personam; asserimusq; tàm de ceremonialibus, quàm moralibus, Iudicialibus, & Sacramentalibus, quòd tantùm ad iustificationem ordinabant: singula tamen singulis proprijs rationibus, Ipsiusq; moralia in lege naturæ iudicantur, licet non immediatè; Si autem in affectiua, vel cognitiua sit radix moralium legis quis quærat, dicas in hac, & illa, diuersa tamen ratione; In affectione timoris, quò ad inchoationem, quò autem ad consumationem in affectione amoris; Alia insuper, & alia est radix moralium legis, atq; virtutum; Naturæq; præcepta priora sunt virtutibus. Præcepta insuper primæ Tabulæ eadem fuerunt in natura instituta, & destituta, secundæ verò, Tabulæ non eadem, sed mutata secundum numerum, iuxta exigentiam status lapsi; Distinctio itidem præceptorum decalogi, penès formam boni, vt debiti, secundum animam accipitur; Quorum sufficientia talis est, quod nec plu-

ra, nec pauciora esse debebant; Rectèq; ordinata fuisse comperietur, ritèq; tradita.

QVAESTIO XXVII.
De primo præcepto decalogi.

VNusquisq; teneat, adorationem equiuocè dici de latria, & idolatria; De dulia autem, & latria analogicè actum interiorem, & exteriorem dicere; Et magis Deo conuenire ex parte potestatis, quā bonitatis, vel veritatis; Triumuè personarum vnam esse, quia vna est ipsarum maiestas, æqualitasuè; Vna & eadem ratione secundum rem, Deum adorari; Siq; autem diuersitas appareat, hęc, non ratione adorati, sed adorantis creatoris est; æqualiterq; adorari, vt Deus est Dominus &c. ex parte debiti; inæqualiter verò ex parte dignitatis, veluti Christum adorandum esse secundùm vtranq;, vnamq; naturam eadem adoratione, personam in ipso attendendo, secùs si naturarum distinctio consideretur; Cui maior debetur reuerentia post incarnationem quam ante, quantitatiuè tamen, non qualitatiuè; Quærenti autem an maior, vel æqualis veneratio debeatur Angelis post Christi incarnationem, quam ante; intrepidè dicendum, quod ex parte Angelorum semper æqualis, ex parte autem hominum maior post; quam ante; Qui in se simpliciter, & propriè nunquam sunt latria adorandi; Si quis autem

tem simpliciter adoraret Sathanam in lucis Angelum transfiguratum, proculdubio peccaret, secus si conditionaliter; Homo autem haud latria adorari potest, & si materia latriæ esse possit; Et omnes ex parte naturæ æqualiter adorandi sunt, secùs ex parte gratiæ, & possibilitatis ad gratiam, & etiam mali non ratione maliciç, sed naturç, & possibilitatis ad gratiam; Sanctos autem adoratione duliæ adoramus. Longèq; magis honorandus est Malus Prçlatus, cum indignitate sit, vt talis, quàm bonus subditus; Maior insuper veneratio debetur Cruci Christi, ratione affixi, quam cuilibet alij homini, Minime autem in vestigio velut, & in imagine adorandus est Deus latria.

QVÆSTIO XXVIII.
De secundo precepto.

ET rectissimè istud præceptum in glosa deuteronomij, & exodi exponitur; Nomen autem illud, quod in hoc præcepto inuanum nominari prohibetur, est Deus ipse, siue essentialiter, siue personaliter; Nomenq; Dei inuanum assumere propriè nil aliud est, quam veritatem ipsam in suas assertiones, inq; earum testimonium vanè assumere, aliter potest dici nomine extenso. Et licet iurare in se bonum sit ex occasione, tamen malum, vel indifferens esse potest. Nec est licitum simpliciter iurare absq; debitæ causæ cir-

ſæ circunſtantiæ; Et prohibetur iuramentum quantum ad effectum, nec quodcunq; ſed ſpontaneum; Interdumq; ſecundùm vſum, aliàs ſecundùm actum, quandoq; ſecundùm vtrumq; aliquãdo neutro modo.

Deo, Angelis, hominibusq; perfectis iurare conuenit: at iurare eorum diuerſum eſſe omnes fateri debēt; Iurare enim Dei nil aliud eſt, niſi ab eo promiſſa, & ordinata nullatenus mutare; Angelorum verò immutabiles Dei ordinationes denũciare; Hominumq; Deũ in teſtem inuocare; Iuramentumq; in forma conceſſa in ſe accipere licet, non autem in caſu; in forma autem non conceſſa pro bono publico licet, pro priuato, minimè; Et vt neminem lateat quæ fuerit, & ſit forma iurandi conceſſa quatuor communiter aſſero. Viuit dominus; hoc mihi faciat dominus, & hoc addat. teſtis eſt mihi Deus. Per Deum. Duę primæ veteribus hebræis vſitatiores. Tertia Eccleſiæ primitiuæ. Quarta nouæ; An autem iuramentum in forma non conceſſa factum obliget, profectò: non ratione idoli, ſed proximi, cui fides ſeruari debet; diuerſoq; reſpectu interdum peius eſt iurare verum per falſum Deum: interdum falſum per verum Deum, licet & quandoq; per creaturas iurare, dummodo quid numinis in eis non ponatur; quod autem iuramentum magis obliget, vel factum per Deum, aut per creaturas, proculdubio primum, Iuramentumq; iniuſtum ad quod iniuſtitia ſequitur, minimè eſt obligatorium; Sicut nec iura-

iuramentum, nunquam intrandi religionem cum in charitatis detrimentum sit, ac perperam emissum; Si verò iuramentum dolosum fuerit assertorium non obligat, nisi obligatione reatus, si verò fuerit promissorium etiam ad obligationem promissi, dummodo sit licitum, & expediens; Et credo omne iuramentum spontaneum debitis comitibus associatum obligare. De coacto verò duæ extant sententiæ, elige quam vis. De interpretatione autem iuramenti.i. An secundum intentionem iurantis, vel recipientis, interpretandum sit, multi multa dicunt, sed aliquando illius, aliquando istius, quandoq; neutrius, diuersa ratione.

QVÆSTIO XXIX.
De tertio præcepto decalogi.

VT omnis tollatur difficultas de Sabbati præcepto, an speciale, vel generale sit, si iuxta litteram, & simpliciter intelligatur, particulare quidem est, secùs si secundum sensum spiritualem, moralem, analogicum, &c. quandoquidem vt sic generale sit; Vt res, morale, vt signum, cerimoniale; Nec huic præcepto abre appositum est verbum illud; memento; quia etiam ante legem seruabatur, nedum secundum dictamen generale naturę, sed & secundum disciplinã, inspirationemq; diuinam; Et quàm maximè conueniens fuit circa huiusmodi præceptum tempus taxari

cum

cum hominibus in hac vita degentibus ob innumeras necessitates impossibile sit semper Deo vacare; Quo die dicitur Deum quieuisse, quia post nihil nouum condidit in specie; At verba illa, requiescat tali die seruus, moraliter intellecta prohibent omne opus, siue per rationalem creaturam, siue irrationalem, factum Deo vacari impediens, figuraliter tamen, vt iram, & concupiscentiam, vt Deo vacemus: deponamus eodemq; die cessandum erat à peccato, & à quocunq; actu, talem vacationem impediente, moraliter primum est intelligendum, secundùm verò litteraliter, & hæc est intelligentia illorum verborum dicentium, in tali die cessandum fuisse ab opere seruili; Quod Sabbatum indeterminatè sumptum, etiam nunc obseruandum est, licet non determinatè; Et primo modo in præcepto de obseruatione sabbati includitur præceptum obseruationis diei dominicæ .i. tempus vacationis Deo, in quo cessandum est ab omni opere seruili, tàm corporali, quàm spirituali; Et hoc præceptum propriè Spiritui Sancto appropriatur.

QVAESTIO XXX.

De quarto præcepto decalogi.

TErminum hunc (Patrem) in scripturis multifariè accipi constat, vt purà, creatione, prælatione, spiritualitate, propagatione, &c. de quibus omnibus

quo-

quodammodo intelligi potest istud quartum præceptum, propriè tamen de illo, qui propagatione pater est; Quem honorem erga parentes tàm spirituali, quàm corporali consistere neminem latere duco; At primum in reuerendo, secundum in sustentando. Honorq; iste, & equiuocè, & analogicè dicitur, secundum, formaliter: sed primum, materialiter; Propriéq; hoc præcepto honor parentibus exhibendus præcipitur, vel spiritualibus, vel carnalibus; Et precisè hoc preceptum ad parentes carnales ordinatur generaliter ad proximum, cum quo naturam communiter habemus; Ac iure admodum præcepto huic adita est promissio; vt filij magis ad eius obseruantiam allicerentur; Et meritò inter precepta ad proximum ordinata primum obtinet locum; Vouensq; ac Religionem ingrediens soluitur à precepto sustentationis, non ab exhibitione honoris; Curiosè autem illi difficultati occurrentes, quæ sepè quæritatur; An propter subuentionem parentum possit quis dimittere ingredi religionem; Dicimus quòd qui absq; periculo propriæ salutis in seculo manere posse confidit, stet, & religionem non intret; si autem periculum immineat, statim accedat parentibus omnia sua renuncians, siq; habet, se ipsum æterno parenti commendans; Quibus filij tenentur obedire in omnibus ad vtilitatem necessitatem, & rei familiaris dispensationem pertinentibus, subditi absq; dubio tenentur ex præcepto

prelato dare, prelati verò non nisi ex concessione, & potestate accipere; Et etiam Malis prelatis honorem debemus quousq; ab Ecclesia tollerantur.

QVÆSTIO XXXI.
De quinto præcepto.

QVinto hoc præcepto solius hominis occisio prohibetur; Et nullo casu, atq; prætextu se ipsum interficere licet; Maleficus autem, vt homo, hoc præcepto occidi prohibetur, non vt Maleficus, ab illo tamen qui potestatem habet occidendi; Nulloq; casu innocens occidi potest, nisi aliter per allegata, & probata constaret, nec aliter iustè à morte eripi poterit; Generaliter quidem hoc præcepto, cuilibet occidere prohibetur, præcipuè qui nocendi cupiditate, vel iniustè aliquid obtinendi id tentauerit, secùs si obediendi ordine, vel subueniendi necessitate id fecerit; At ponatur casus. Quod quispiam ad quem non pertinet occidere amore iustitiæ, vel odio nequitiæ, quempiam maleficum occideret, an contra istud præceptum faceret? Si voluntate hoc faciat, proculdubio peccat, si autem necessitate, aut casu peccat, & non peccat; Clericis nullatenus licèt alium occidere etiam causa defensionis, idq; ex Ecclesiastica institutione; Laicis verò licet, dummodo inevitabilis sit necessitas, & nulla adsit vindictæ libido, sed propriè conseruationis

nis intentio; De illo tamen casualiter quempiam interficiente, si rei licitè incumbebat, & debitam adhibuit diligentiam, nullo pacto homicidij reatum incurrere duco; Audite quæso nouæ legis Sacerdotes, & mihi credite, quod nobis non licet interficere maleficum quemquam, licèt hoc veteris legis Sacerdotibus licuerit; Concludimus præcepto hoc potissimè corporalem occisionem prohiberi ex consequenti autem impropriè, & interpretatiuè spiritualemuè.

QVAESTIO XXXII.

De sexto præcepto.

QVod est, vt omnes norunt, non mechaberis, præceptum propriè, & literaliter est. Secundæ Tabulæ, impropriè verò, & spiritualiter, primæ; Ac morale præceptum legis est naturæ; Istoq; præcepto cum coire sit actus indifferens, in genere moris simpliciter, & nullo addito, prohiberi non potest; Concubinatus verò tanquam illicitus, dicto hoc præcepto prohibetur, veluti legi naturę, scriptæq; contrarius; Ita & simplex fornicatio, incestusq;. Pluresq; simul habere vxores, semper prohibitum fuit, nisi aliter à Deo occultè dispensatum fuerit; Ideo nec Abraham, nec Iacob plures vxores habentes adulterium commiserunt, cum non libidine id effecerint, sed cœlesti dispensatione; Coitus autem coniugalis, om-

nis licitus est; modo ad prolem procreandam sit, aut ad reddendum debitum, siue ad vitandam incontinentiam.

QVÆSTIO XXXIII.

De septimo præcepto.

FVrti nomine in hoc pręcepto intelligi potest, Rapina, vsura, & demum omnis illicita, & possessoria alienę rei contractio, quæcunq; illa fuerit, siue rationalis, siue irrationalis. Si autem rapina propriè, accipiatur, non omne ipsius genus, nec in omni casu, hic vetat; secùs si communiter; In aliquo tamen casu, furtum, & rapina dicta esse possunt, nec hoc transgrediuntur præceptum, vt in vehementi necessitate, in qua aliter quis releuari non potest; legeq; poli sola voluntas vsurarium facit; sed non lege fori. Quæ vsura cum in se, & secundum se quoddam malum sit, omninò & maximè hoc præcepto prohibetur. Diuites autem in necessitatibus nolentes subuenire pauperibus non solùm raptores, & fures, quinimmò, ac homicidę interpretandi sunt; Ita & Clerici patrimoniũ Christi luxuriosè dispensantes, fures, & raptores dicendi sunt, & ad restitutionem teneri, quæ Clerici ab Ecclesia habent sibi appropriare non debent, sed communia cum pauperibus habere; quę autem ipsis aliàs aduenere, sibi appropriare alijsq; legare secundum

pro-

propriam voluntatem iustè queunt, Simonia insuper hic prohibetur.

QVÆSTIO XXXIV.
De octauo precepto.

ET. rectè hoc preceptum in secunda tabula fuit collocatum, quoniam hominem ordinat erga suũ proximum; Vbi per falsum testimonium generaliter intelligitur omne mendacium malignitatis; Includitur etiam prohibitio locutionis falsi, verum non quomodocunq;, sed quando falsitas perniciosa est; Ita, & taciturnitas veritatis, quando veritas expetitur, sed pro tempore, & causa; Mendaciumq;: Et generaliter omne ex libidine mortali proueniens quodcumq; illud sit, perniciosum, officiosum, siue iocosum: aliter dicendum de mendacijs ex libidine veniali prouenientibus.

QVÆSTIO XXXV.
De vltimis preceptis.

AFfirmant communiter omnes rectè sentientes, ista duo vltima præcepta de lege naturę esse, cum in corde scripta sint, firmiterq; rationi fixa; Quibus concupiscentia generalis; & specialis prohibetur, primum secundùm virtutem, alterum secundùm for-

mam

mam; Et etiam actus interior concupiscentiæ, vtcūq; hic prohibetur: sed aliàs, atq; aliàs, prout in consensu per se, prout in delectatione, & suggestione, siue primo motu secundum quid; Aduertat vnusquisq; quod prohibitio voluntatis, & prohibitio operis, quātùm ad radicem, & intentionem vnica dici possunt, & ad vnicum tantùm præceptum attinentes; quantùm autem ad inordinationem plures prohibitiones sunt, ad pluraq; præcepta spectantes.

QVÆSTIO XXXVI.

De præceptis iudicialibus.

IVdicio ordinato secundum legem Dei conceditur homini, hominem iudicare, sed non iudicio temerario; Inferiorq; superiorem propriè iudicare non potest, vtpotè ex auctoritate examinando, arguendo, & puniendo, licet impropriè .i. ex charitate monere; Superior tamen prælatus, & si malus potest inferiorem subditum iustè iudicare, licet non indemnis .i. de officio potestatis, sed minimè de idoneitate potestatis, quousq; ab Ecclesia tolleratur; Quibus autem iudicare conueniat, vnusquisq; audiat: non Mulieribus, non seruis, non surdis, non mutis, non perpetuò furiosis, non pueris, non hæreticis, non infamibus, non excommunicatis, non extraneis, non consanguineis, non inimicis, vel quomodolibet alterius partis suspe-

ctis; Iudices autem tripartiti adinueniuntur .f. ordinarij, arbitrarij, & delegati; Et qui Iudex est, nec accusatoris, nec defensoris vices gerere potest, nec Testis, ne suspectus habeatur impositæ culpæ; Iudexq; alterius iudicis subditum, in sua iurisdictione delinquẽtem iudicare potest; Nec secundum conscientiam iudex iudicare potest, sed secundum acta, & probata, diligenter discussa, atq; examinata; An autem iudex sine accusatore iudicare possit: in euidentibus, & manifestis vtiq;: in occultis, & absconditis minimè; Et quidem absq; conuictione condemnare potest, cùm euidentia facti, id confitetur; Et nequaquam Iudex potest miserabili personæ condescendere citra iustitiæ restitutionem; Nullatenusq; Iudices pro iudicando munera accipere possunt, sed pro moderatè viuendo, aliter restitutioni tenentur; Et deliquens quilibet pertinax, vt multorum misereatur, debet iudex inexorabiliter punire, quia huiusmodi punire misereri est.

QVÆSTIO XXXVII.
De persona Rei.

MAli pręcipuè hoc tempore gratiæ admonitioni generaliter corripiendi sunt, sed non generaliter condemnatione puniendi; Et quotiescunq; Reus contumacia abest, iudicari potest, secùs si ex legitima causa comparere non possit; Ac etiam multitudo

pec-

peccans, iudicanda est, dummodo hoc salua Ecclesię pace fieri queat; Pœna verò positiua tantùm nocente, nec ad salutem expediente; vnus pro alio nequaquam puniri debet, nec potest, sed benè ad salutem expediẽte, Ignorantes ignorantia negationis, nullatenus iudicari merentur; Ignorantes autem ignorantia priuationis merentur quidem, sed mitius: at ignorantes, ignorantia dispositionis, omninò seuerius; Si quis autem coactè enorme quidquam commiserit, si coactio illa simpliciter sit, omnino à punitione excusatur; Si autem coactio fuerit secundum quid, excusatur à tanto, sed non à toto.

QVÆSTIO XXXVIII.
De persona accusatoris.

VNus alium accusare potest, seruato iuris ordine, dummodo vera deponat, idq; ex charitate faciat; sed non ex malignitate, aut falsitate insidiosè obijciendo, vel vera contumeliosè exprobrando, & iuris ordine prætermisso; Subditus ve probis, & notis ex affectu charitatis, prælatum suum accusare licet; Improbis autem ignotis, ac ex malignitatis affectu, omnino prohibitum est; Mali q; accusatores esse non possunt, quoniam qui alium accusat par fide, superiorq; vita omnino esse debet, Monachi etiam ex necessitate charitatis accusatores esse queunt, ex præsum-

ptio-

ptionis autem temeritate, nequaquam. Qui autem scit quempiam deliquisse, & huius delicti testes non habet, publicè accusare nō potest, sed secretè corripere.

QVAESTIO XXXIX.

De Testibus.

DOcet & pulchrè equidem Doctor noster, iuxta varios casus, rerumq; discrimina quemlibet, & non quemlibet, testificari posse. Quod extra iudiciū vnius testimonio, probatæ tamen personæ stari possit approbamus, at in iudicio præterquàm in baptismate, & Ecclesiæ consecratione ad minus duorum, vel triū, requiri ex ordine, quicquid sit ex priuilegio. Nec quęlibet persona ad testimonium ferendū est idonea, quinimmò plura personarum genera excluduntur .s. infideles, infames, pueri, mulieres, serui, pauperes alienati mente, inimici, domestici, idem in re sua, Laici contra Clericos, accusatores, & Iudices. Nulliq; testi licet munera, seu pecuniam pro testimonio ferendo accipere, sed benè sumptus.

QVAESTIO XL.

De Aduocatis.

NAturalis lex, & Euangelica hoc præcipuè dictant .s. quæcunq; vultis, vt faciant vobis homines,

 & vos

& vos facite illis, quo stante dicimus aduocatos, & iuris peritos teneri ad iustum patrocinium, & consilium ferendum indigentibus. Aduocatis autem, Procuratoribus, Assessoribus, & alijs personis huiusmodi quasi accidentalibus iudicio, nisi certum stipendium habeant assignatum, pecuniam recipere possunt (dicant quicquid volunt susurrones) sed moderatè iuxta quantitatem causæ laboris, scientiæ, vel eorum facundiæ, regionisq; consuetudinem. Audite quæso aduocati, & benè intelligite, ne vos lateat quæ requirantur ad hoc, vt legitimè aduocetis, personæ congruitas, causa iuxta, modus, & affectus pius.

QVÆSTIO XLI.

De processu Iudicis.

IN quo potest tribus modis procedi, per accusationem, Inquisitionem, & denunciationem: in omnibus tamen diligens adhibeatur cautela. Si factum euidens est, proceditur sine accusatione. Si autem latens, aliter proceditur, testis de auditu admittitur in his, quæ per se spectant ad auditum, in ijs autem quę sola aliorum relatione innotescunt non admittitur. quoniam autem ista magis spectant ad iudices sæculares quam ad Theologos ideo demitto.

QVAE-

QVÆSTIO XLII.

De legibus permissionis.

RESpondentes aliquorum quęstioni. An videlicet iurè veteribus Iudæis tria hæc impunita permissa fuerint, exactio vsurarum ab alienis, odiosæ vxoris repudium, suspectæq; vxoris culpæ inuestigatio, magis quam alia mala; dicimus hoc rationabiliter factum fuisse, cum populus esset durę ceruicis, & summopere circa talia afficeretur; Minimèq; in talium permissione culpandus est Moyses, cum talia maxime ad pacem imperitorum conseruandam conferrent; De repudio, & si peccatum fuerit repudianti, non tamen permittenti; Repudium autem per se peccatum per legem permissum est, haud tamen per legem factum est non peccatum, vel licitum, Repudiante autem ab vno eodem superstite, licitum erat secũdum legem, alium accipere .s. materialiter, sed non spiritualiter. Virq; & Mulier se ipsos repudiantes non æqualiter iudicandi erant propter sexus virtutem, quò ad legem repudij; Et solum propter peccatum conceditur repudium: Odiumq; vniuersaliter non est in lege causa repudij; De ijs autem, quæ scripta erant in libello repudij, quamuis in lege nil determinatum, nihilominus Iosepho attestante dicere possumus, hęc ibi contenta fuisse .i. promitto quod tecum nunquam cohuebiam; Nec antiquitus licuit homini repudianti, &

pœnitenti vxorem repudiatam recipere, & hoc in onus, & pœnam; Lex vero Zelotipiæ, non magis licita, quam permissa fuisse veteribus Iudæis dicenda est, & eo potius, si libidine, vel vendicta exquirebat. Nobis autem, qui in hac lege sumus, huiusmodi inuestigatio nequaquam licet, cum Dominum Iesum omnium occultorum expectemus reuelatorem; Res notatu digna est, quam doctor habet in præsenti resolutione, quærens, & determinans; quare in lege veteri positum fuerit inuestigatiuum adulterij, in noua autem furti, hanc inquiens proniorem esse ad concupiscentiam oculorum, illam autem carnis.

QVÆSTIO XLIII.

De lege punitionis.

ET quia hominum saluti prouideri licet, non solùm amore, verùm, & iustitia, hinc propter dictam rationem mali flagellis ad bonum cogendi sunt; Vindictamq; appetere personæ publicæ Zelo charitatis, & iustitiæ conuenit, at nequaquam priuatæ; Attendant domini, populi, & bellatores, tunc bellare licitum esse indicenti, cum bellum iustum est; Iustusq; affectus, & iusta auctoritas, ex parte per agentis debita intentio, & conditio: ex parte autem sustinentis, dignum meritum, demum ex parte eius

 pro-

propter quod bellum sit legitima causa; Et tenentur Milites Regibus Sacrilegis bellum indicentibus, & iubentibus obedire, modo pacis vice bellent, nec contra Dei praeceptum bellum illud indictum esse certo sciant, aut si ita sit certò scire nequeant: Episcopis verò, ac alijs Ecclesiasticis Praelatis, non licet manu, vel iussu arma mouere, sed tantùm nutu, & omni tempore, bellare nullo pacto licet, nisi necessitas aliter cogat, & vrgeat; At insidiae, & strattagemmata militaria licent, nisi sint contra fidem praestita; Latrocinia, si fiant cum moderatione absq; periculo salutis, & adhibita debita diligentia, cum res expostulauerit pro fide, & pace Ecclesiae, licita sunt, secus si aliter fiant. Quoniam exodi vigesimo secundo dicitur Maleficos non patieris viuere, neminem ambigere credo, Maleficis mortem inferendam esse suo vt lex, & iustitia expostulant eorundemq; ordine seruato, quod & apparet ex diuersis generibus mortis, iam in lege obseruatis, atq; vsitatis, Veluti lapidationis, in Cruce suspensionis, cremationis, & gladiationis; Occisionisq; multae erant causae in lege, vt norunt legentes, atq; intelligentes, & quia ista mala videntur magis spectare ad iudices, quam Theologos: ideo ad alia me confero.

QVAE

QVÆSTIO LXIV.

De Præceptis iudicialibus.

QVamuis plerïq; ægrè ferant quòd illis ab alijs dominentur, nihilominus nisi oberrare intendant, firmiter credere debent licitum esse hominem homini dominari, & nisi ea naturæ conditione, tamen meriti imparitate, & cum duo sint corporis Ecclesiæ latera, laici .s. & clerici, ijs vnam videlicet Sacerdotalé, illis alteram, hoc est regalem dignitatem præesse omninò oportuit. Sacerdotalis dignitas regali dignitati obnoxia est census, vel tributi de ijs, quæ temporali sorte possidet: non autem de illis, quæ spirituali, vel diuino iure retinet; Cumq; à Deo summa sacerdotalis dignitas primùm fuerit instituta ab eo, & non à quoquam alio terreno rege, in quauis causa iudicari habet; Nec bonos pudeat malorum potestati humiliter colla subijcere, tùm propter diuinam ordinationem, tùm propter eorum purgationem. Et Christiani permittendi sunt seruire, cum seruilis conditio Christianę libertati non aduersetur, quinimmò magnopere opituletur, & qui noluerint, nec manumitti cogendi; Iuxtaq; variam fugæ causam, ac domini conditionem licet, & non licet recipere seruum fugitiuum, & retinere; Nec licuit veteribus, infidelem alienigenam, infidelem manentem ducere, sed bene ad fidem conuersam; Quibus etiam licuit plures vxores habere, nó ex iu-

ex iure, sed ex dispensatione, nec omnibus, sed aliquibus plures, & non plurimas.

QVAESTIO XLV.
An liceat thesaurizare.

NEc laicis, nec clericis libidine auaritiæ thesaurizare licet: sed laicis ex solertia propriæ necessitatis, vel publicæ vtilitatis; Cum autem Sacerdotes nouæ legis, & veteris omnia cum pauperibus communia habere debeant, nihil hęreditariè possidere dicendi sunt, quibusdam paucis exceptis, vt putà, Terrę sortę cum alijs tribubus obtentam: Et hæreditatem à parentibus legatam, Leges insuper de communicandis, & distribuendis rebus antiquitus ab hebręis obseruatæ aliquæ sunt, nunc à nobis obseruandæ, & aliquæ minimè.

QVÆSTIO XLVI.
De negociatione.

VT Mercatoribus aliquas regulas demus, asserimus licere cum debitis circunstantiis negociari .i. personæ, causæ, modi, temporis, loci, & consortii, ex quorum defectu illicitum redditur; Clericis autem negociari, vel Monachis non licet, nisi de rebus dono datis, vel de rebus, quarum totus est valor, aut

aut ex artificio, vel ex materia, & artificio.

QVÆSTIO XLVII.
De decimis.

INstitutionem decimarum simpliciter de iure naturali fuisse vnanimiter, Theologi affirmant: secundum autem talem, ac talem aliquotam, minimè; sed vt tales ab Abraham cœpere sicut primitiæ ab Abel, & oblationes à Noe, iuxta varia tempora, ac diuersas cōsiderationes decimæ in præcepto, & consilio fuere. Quorum præceptum nec morale fuit, nec cerimoniale, sed iudiciale. Decimæ verò prædiales indistinctè, etiam de turpiter acquisitis, tùm dari, tùm recipi ab Ecclesia possunt. Personales autem diuerso respectu interdum dari, sed non recipi, interdum nec dari, nec recipi, interdum autem dari, & recipi possunt. In decimis autem personalibus soluendis consuetudo sit pro præcepto, quinimmò & sacerdotis indigentia. Decimæq; minutæ in consilio, ac præcepto sunt, iuxta patriæ approbatam consuetudinem, vniuersalemq; Ecclesiæ constitutionem. Decimæ personales debent solui eo tempore, quo maior cōmoditas Ecclesiæ fuerit, & ideo possunt dari in fine anni, Prædiales verò statim dari debent, fructibus perceptis, antequam mercenarij soluantur expensæ deducantur, & ante censu, ac tributi solutionem, & antequam per rapinam, fur-

tum, vel alium damnum auferri queant; Laicis verò decimas dari, retinereue posse, quidam omninò negant, quidam autem affirmant; De religiosis autem nullus dubitare debet, decimas sibi recipere posse, sed quæ sibi concessæ sunt, cum in sacerdotum, leuitarũq; numero computentur. Dubitant aliqui. Si religiosi aliundè habentes, vnde viuere possint, decimas recipere queant; Quibus dicimus proculdubio posse: at non veluti possessores, sed pauperum procuratores, dispensatoresq;. Vna Ecclesia decimas alterius Ecclesiæ auctoritate sui Episcopi retinere potest (sed vt aiũt) non nisi in casu; Pauperibus verò secundum determinationem decimas dare minimè debemus, sed secundum indeterminationem, cum quicquid habemus, pauperibus debeamus; Decimas decimarum summo Pontifici dandas, quidam affirmant, quidam verò negant: Vniuersaliterq; omnes ad decimas soluendas tenentur, sicut omnes ad Censum Cęsari reddendum generaliter obligantur; Clerici verò de iis, quæ patrimonio, vel sui acquisitione possident decimas dare tenentur, secus de iis, quę iutè Ecclesiæ possident. De religiosis dicendum, quosdam teneri, quosdam non teneri, de quibusdam idq; ex priuilegio, & in casu quod vt fructus emi possunt, vt autē ius percipiendi, nequaquam; An à laicis redimi possint, diuersi diuersa sentiunt, & in pignus recipi possunt dummodò intentio sit recta.

KK QVAE-

QVÆSTIO XLVIII.
De primitijs.

PRimitiæ vt decimæ in pręcepto sunt, sed diuersimodè secundum substantiam in pręcepto morali, & naturali, secundum determinationem verò in iudiciali, vel infigurali, nunc verò etiam in pręcepto Ecclesię; primitiæ autem secundum communem opinionem debent solui secundum Ecclesię suę consuetudinem, vel alterius propinquioris, si talis non habeat, & secundum partem mediocriorem in controuersijs, nisi Ecclesia pauperrima sit, & non possit sacerdotem sustentare, quia tunc non minor, nec media pars in primitiarum solutione aestimanda est, sed maior.

QVÆSTIO IL.
De oblationibus.

OBlationes tempore isto alia, & alia ratione in pręcepto sunt, atq; consilio, sacerdotibus animarum curam habentibus dandæ, & comministrantibus.

QVAESTIO L.
De præceptis ceremonialibus in generali.

CEremonialiū præceptorum plurium (paucis quibusdam exceptis) assignare est pręter spiritualem,

lem, & literalem, etiam intelligentiam, generaliter ipsorum est assignare spiritualem intelligentiam, tametsi aliter, & aliter; Et neminem credo sanę mentis negaturum fore, huiusmodi ceremonialia, tàm in generali, quàm in speciali, non nisi maxima ratione instituta fuisse.

QVÆSTIO LI.

De numero cerimonialium.

NOn ab re tanta cerimonialium præceptorum numerositas veteres hebręos onerauit, vt Idolatriam superstitionem vitarent, & vt in latria veri conditoris sese occuparent, & vt essent, quæ multiplicem Saluatoris gratiam commodè significarent, legisq; cerimonialia quadruplicia fuere, s. obseruantię, sacramēta, sacrificia, & sacra, legales immunditię quodammodo sunt à rei natura, vti à causa materiali, ab vsu veluti à causa formali, ab institutione sicuti à causa efficiente, à significatione tanquàm à causa finali, Iureq; in lege determinabantur munditia, & immunditia, quò ad immolationem gressibilium, & volatilium animalium, non autem natatilium, idq; ratione eius quod figurabant, & modo non amplius tenemur non comedere suffocatum, & sanguinem, Sacrificia insuper legalia vera sacrificia fuisse asserendum esse veritate signi non rei, Quæ multis de causis Deo accepta, ac pla-

cita fuere. Vtiq; bona ratione signi, & de lege naturæ fuisse non simpliciter, sed secundùm quid, soliq; Deo sacrificia sunt offerenda, adq; offerenda hebræi, & gentiles tenebantur, quamuis non æqua ratione, nã illi necessitate, isti congruitate; omnesq; tenebantur ipsorum significationes intelligere, at docti explicitè, rudes implicitè, Mali etiam sacrificia offerre possunt, sacrum signantia, haud efficientia; In lege autem naturæ Abel, Noe, Abrahamuè, non autem Isac, & multi alij sacrificia obtulerunt, idq; rationabiliter factum fuit, quoniam Abel primę generationis principium fuit, Noe secundę; Abraham Tertiæ; congruumq; fuit Moysem publicationem legis expectare ad offerenda sacrificia, vt sic à Deo esse dignoscerentur, & oblationem, tàm Melchisedech, quàm Aron veram oblationem, & sacrificium verè signarunt, diuersa tamen ratione; & ab Abel offerri cęperunt, vti à primo typũ Ecclesię expresśè gerente. Hęc nunc in pręcepto sunt cum dationis ipsorum causa olim fuerit ablata; sicut nec legalia sacrificia; Immò & circuncisio cessauit, sicut, & sabbatum pro septima die sumptum; Quorum obseruantia tempore nascentis Ecclesię indifferẽs fuit ad diuersa respiciendo; quinimmò hoc modo Augustinus, & Hieronymus sibi inuicem aduersantes facillimè conciliabuntur.

QVAE-

QVAESTIO LII.
De lege Euangelica in generali.

VNam legem inditam esse rationali creaturę naturalem appellatam docet Auctor; plures autem superadditas, & datas; Propriè loquendo præter legem menti inditam non est dare legem scriptam, cum omnis lex per essentiam in anima sit: & quoniam nec lex naturę, nec Moysi sufficientes erant hominem ordinare, ideo oportuit Euangelium superuenire, vt ad plenum ordinaretur; Hęc idem sunt lex naturę, & Euangelij, licèt vna ad aliam ordinetur tanquam ad suum perfectum: in ratione vniuersali lex naturę, & Euangelij vna lex sunt: sed in peculiari, & propria, non vna, sed diuersę leges sunt; lex autem Moysi, & Euangelium, non sicut contraria, sed vt disperata ab inuicem distant, & impropria ratione, & distant, quia Moysi dicitur lex litterę, Euangelij autem spiritus; in legeq; ex vi legis non admittimus gratiam datam esse, tametsi interdum dari contigerit; Rectèq; ponuntur differre lex, & Euangelium, quia ibi veritas velata, hic reuelata, ibi vmbra, hic imago, ibi promissio, hic exhibitio, si attendantur notitia credendorum, gratia faciendorum, & gloria pręmiorum; sicut etiam differunt quia illa, irę, timoris, & seruitutis: ista misericordiæ, amoris, & libertatis, & illa imperfecta, ista autē perfecta; Primùm intelligendo, in comparatione ad

Chri-

Christi legem, tùm maximè, quò ad moralia, & etiam in hoc, quia lex temporalia promittebat; Euangelium spiritualia, literaliter vtrunq; intelligendo: secus si spiritualiter; illa insuper particularis, hęc vniuersalis. In qua lege Euangelium continebatur tàm secundùm moralia, quàm figuralia, vel vt figuratum in figura, signatum in signo, vel perfectum in imperfecto; Idemq; est legislator legis, & noui testamenti .i. Deus bonus contra hęreticorum blasphemias, tùm quia lex Sancta, tùm quia à Christo Saluatore obseruata. Non veni soluere legem &c. tùm quia hominem ad Deum, & proximum ordinabat; Nec prius dari debuit lex Euágelij, vt sic homo suum defectum agnoscens, diuinę largitatus consiteretur effectum.

QVÆSTIO LIII.

De lege Euangelica in speciali.

VT per inferiora superiora ordinentur, & radicibus primitus prouideatur, iurè præceptum ordinandæ irascibilis, pręcedere debuit præcepta ordinandæ rationalis, atq; concupiscibilis, irasciuè ex voluntate vitij, siuè impatientiæ vniuersaliter prohibitū est, secus irasci; ex voluntate naturæ, vel gratiæ in peccatis mortalibus simpliciter loquendo ponendos esse gradus, vnumquęq; altero maius esse, non negabat secundum quid æqualia esse, asserere poterimus. Volun-

luntatemq; pro facto interdum reputari, & non reputari, iuxta multiplicem eius acceptionem, & quamuis nonnullis verba illa Euangelij; Si oculus tuus scandelizat te erue, &c. veluti multa alia similia, difficultatem maximam importent de facili tolletur, si occasiones peccãdi per illa membra (erui) intellexerint dominum dixisse, & non materialiter.

QVÆSTIO LIIII.
De Præceptis iuris rationalis.

CVm iurare sit bonum in genere, non potest esse prohibitum, quamuis absq; causa vtili, vel necessaria, licet per creaturas iurare, dummodo quid numinis in eis non ponatur, vel fraus aliqua non intendatur, licet, & non licet, sua repetere iuxta repetentiũ, modi repetendi, & iudicis, coram quo repetunt conditiones, perfectis sua repetere licet, tametsi non vtsua, sed communia, & congregationes, & etiam imperfectis licet, sed non contentiosè, cupiditateq;, sed pacificè, ac proprij casus timore; Et non solum necessaria, sed etiam superflua; tametsi differenter, & seruum fugitiuum in casu; De illicitè acquisitis de quibus facienda est restitutio (sciant omnes) non esse licitum erogari, licèt de ijs, de quibus restitutio non cõpetit, aliter dicendum sit, aliorum opinionibus pro nunc demissis; De superfluis, & necessariis erogandũ

est,

est, ac de omnibus, de quibus iustè dari possunt, Et qui manu erogare, donareuè non potest, saltem affectu, verbo, & obsequio, omnibusq; præcipuè in necessitatis articulo, quamuis non omni ex causa; Ad quàm erogationem, vel donationem, vt bona sit, & benè facta multa conueniunt .i. compassio proximi, benignitas, verba, abundantia dati, hylaritas dantis, humilitasq;, discretio, accelleratio, intentio recta, pietas, charitas, dandi ordo, Et rationabiliter elemosinæ attribuitur omnia mundare, quia maximoperè Dei misericordiam mouet super peccato, peccatiq; pœna. Et omninò præter sortem aliquid accipere (cum vsura sit) prohibitum est, Immò sola spes aliquid accipiendi vltra sortem, lege diuina vsurarium facit, at non lege humana, Et nullo casu aliquid vltra sortem accipere licitum erit quod & in se; & secundùm se malum est, illi autem difficultati, qua multoties ab hominibus curiosis quæri solet. An diligere amicũ meritorium sit; breuiter occurrentes dicimus, nequaquam, si ex causa temporali fiat; sed benè si ex spirituali; At diligere inimicum affectu solùm simpliciter præceptum est, diligere verò effectu est consilium imperfectis, perfectis verò debitum, omnibusq; inimicis benefacere, in casu necessitatis præceptum est, tam perfectis, quàm imperfectis, licèt hi minus, illi magis ad hoc teneantur; Diligere amicum maius est, quia magis debitum; Diligere verò inimicum maius, quia magis gratuitum; Et di-

diuerso respectu, dilectio amici, vel inimici, magis est meritoria, & inimicorum quidem vitio maledicere licet: non tamen naturæ; Ac pro omnibus inimicis quãtùmuis peruersis orandum est, nisi constiterit eos esse finaliter in peccato mortali.

QVÆSTIO LV.
De praeceptis intentionis.

GEneraliter, omnes actus virium rationalium, viriumq; rationis, imperio subiectarum ad Deũ finem, pro loco, & tempore referre tenemur; Actus Autem virium rationi vix obedientium minimè referre cogimur; Actiones verò spirituales ad finem temporalem referri non possunt, cùm idem esset, quid præstantissimum, & nobilissimum ad vilissimum, & ignobilissimum referre, tametsi spe sustentationis alicui prædicare licebit. Potest quis quodammodo manente suæ simplicitatis intentione æternum, temporaleq; finem sibi statuere, modò vtrumq; principaliter æquè non intendat, sed alterum ad alterum .i. temporalem, ad æternum referat, Adhuc & in bonis creatis, finis, & intentio constitui potest; sed non, vt in bonis, sed vt necessarijs; Nec omnis solicitudo temporaliũ prohibita est, sed vituperabilis; Verba autem illa nolite sanctum dare canibus, neq; margaritas proijcere ante porcos, ita sunt intelligenda, vt Misteria abdita Sacra-

mentorum arcana, & similia Ecclesiæ contemptoribus hæreticis, ac carnalibus Christianis nullatenus ex Sacris proponantur. Prędicator autem, & doctor tenētur scire omnium credendorum expositiones præceptorum, ita de his cuilibet pręsenti sint respondere parati; Qui tenetur omnia facere ab eo dicta, quæ tamen sunt de salutis necessitate, tametsi non ad ea, interdumque sunt de perfectionis congruitate, & prędicando Dei verbum peccat, nisi ex dictis compungi atteriq; non studeat.

QVÆSTIO LVI.

De gratia in communi.

QVicquid obloquantur Philosophi, & obstupescāt hæretici pelagiani indistinctè admittimus diuinam gratiam, & ita prorsus necessariam, vt absq; ea, tùm maximè gratum faciēte, nullatenus homini possit esse salus; Quæ aliquid positiuum ingratificato dicit; nec solum stat in acceptione gratificantis; Et est in habente quid creatum, & increatum; secundum est ipse Spiritus Sanctus transformans; primū dispositio illa, qua anima disponitur, vt spiritum increatum recipere valeat, vel forma ea, quæ ex transformatione ad spiritum paracletum in anima trāsformata derelinquitur. Gratia autem nullo modo substantia dici potest quamuis substantialis dispositio, accidensq; creatum;

idemq;

idemq; gratia, & virtus gratuita sunt secundùm rem, minimè autem secundùm rationem; Cuius gratię dātur multæ definitiones, quarum vna est Anselmi, quod gratia est cordis delectatio, & secundùm alios gratia est sanitas mentium; Quæ licet in se simplicissima sit, multiplex tamen per effectus quomodo, & diuisibilis dici potest, non quidem per differentias essentiales, sed accidentales; Et quoniam maiores multiplices gratiæ nouerunt effectus, vt vnusquisq; distinctam haberet cognitionē diuidendam censuerunt in præueniētem, & subsequentem, operantem, & cooperantem, quæ & si re coincidant, nominis tamen ratione valde distāt; Et sicut sunt tres liberi arbitrij effectus .i. cogitare, velle, & operari, ita triplex distingui debet gratiam, Potentiæ, liberi arbitrij, perfectiua videlicet immissiua, bonę cogitationis, immutatiua, malę voluntatis, & ministratiua facultatis bene operandi, eiusdemq; rationis essentialis fuit gratia ante peccatum, & post, licèt non accidentalis, Cuius, & Paruuli susceptibiles sunt, cum potissimè respiciant potentiam liberi arbitrij, sitq; hęc in paruulis, Adulti dormientes, furiosi, vel amentes. Siq; gratiam suscipiunt in Sacramento, & cum Sacramento, nec nisi secundum habitum cooperati fuerint, extra autem, & absq; Sacramento nullactenus eam suscipere queunt; Et secundùm maius, vel minus est in vno, quàm in altero, sed non quantitate dimensiua, vt formę corporales, sed virtute, expressio-

ne, vel inclinatione; Magisq; in vno, quàm in alio intenditur, & remittitur, quod intelligitur de gratia creata, non increata, & quamuis res gratiæ sub merito cadere possit: non autem gratia sub ratione gratiæ; Existensq; in mortali neutiquam dicendus est posse sibi mereri gratiam, nec de condigno, nec de congruo, licet interpretatiuè; Nec existens in gratia habet vnde sibi mereri possit releuari, si in mortali caderet, cum vnusquisq; tunc sit charitate priuatus. Cumq; ipsam Deus gratis donet, nec merito cohęrenti, nec subsequenti, quispiam illam mereri poterit, & quidem vnus alteri primam gratiam mereri poterit, de congruo, licèt non de condigno, ac facienti quod in se est Deus necessariò dat gratiam, non necessitate coactionis, sed immutabilitatis; Datur etiam non facienti quod in se est, at non recipitur, Iurèq; purgare, illuminare, & perficere statuendi sunt effectus gratiæ, sicut & proprij ipsius actus sunt, viuificare, assimilare, & gratificare; Ita & per se actus eius sunt, Iustificare, excitare, & motus meritorios elicere; Ac facere in hac vita nos esse sine peccato mortali; Et quamuis diuersa ratione effectus quattuor prædicti, idest, iustificare, viuificare, purgare, atq; illuminare, quandoq; se inuicem præcedant, aliquando verò subsequantur, simpliciter tamen viuificare prius est omnibus alijs; Cognoscibilisq; est in vniuersali, haud in particulari; ac sub propria ratione speciei, non

sin-

singulari; Nec quis scientia, & certitudine speculatiua potest scire, se habere gratiam, licet certitudine affectiua, Veluti, & scientia experimentali, vt habendo lumen in rationali, Pax in irascibili, lętitiaq; in concupiscibili, sic & reuelatione, sed non penitùs, ne superbiat, nisi ex dono speciali, sicut in Paulo.

QVAESTIO LVII.

De gratia in comparatione ad dona, & virtutes.

VIrtutes, dona, gratia, & huiusmodi ad efficientem comparata idem sunt, minimè verò ad recipientem; Ita virtutes, fructus, dona, & beatitudines communiter accepta idem dici possunt, secus si propriè, Quæ supradicta, si sub proprijs rationibus attendantur, rectè ad inuicem differre comprehenduntur; Ac secundum subiectam simul sunt virtutes, & dona, at secundum vsum, illas, ista præire nihil prohibet.

QVAESTIO LVIII.

De gratia gratis data.

NVllus negare debet poni gratiam gratis datam, minimè gratum facientem, cum quædam gratia sit à Spiritu Sancto, quæ non cũ Spiritu Sancto; Quę propriè loquendo est donum infusum rationali naturę sine

sine meritis, quantùm in se est, ad salutem propriam, vel alterius edificationem disponens; Ipsiusq; tres sũt differentiæ, i. data ad propriam vtilitatem, ad Ecclesiæ, vel proximi emolumentum, & ad Dei honorificationẽ.

QVÆSTIO LIX.
De fide informi.

QVæ sic appellatur quoniam charitate virtutum forma nudatur, & auctoritate Damasceni, est donum Dei; & communiter virtus dici potest, diciturq; informis à carentia ordinis amoris, ex quo est virtutis omnis forma; Cuius actus est credere Deo, & Deũ, Ipsaq; propriè loquendo, nec bonum æternum, nec temporale mereri contingit; Nullusq; se retrahere debet à bene operando quamuis certò sciret, se immortale esse, nam & talia opera ad multa valere cõperietur, idest ad bonum temporale habilitationem gratiæ, diminutionem pœnę ætern ę, ad retardandum peccatum ad assuefactionem bonorum operum, & ad impediendum nè crescat ipsum peccatum; An autem fides informis in hominibus adueniente charitate formata fiat, diuersi diuersa senserunt, quibusdam dicentibus quod sic, alijs quod non, prioribus tamen magis adhęrendum videtur; Ac proculdubio, & in dęmonibus talem fidem esse, ponendum est, esto quod multarum veritatem cognitionem habeant absq; amore; Et ipsis

ipsis data fuit ante peccatum, cuius effectus in demonibus sunt illuminare, atque mouere.

QVAESTIO LX.
De spe informi.

CVm non maior ratio sit de fide, quam de spe quò ad informitatem, si illa informis dici potest, & ista; Quod autem formata fieri possit, vt de fide, Cuius actus sunt sperare de Deo, & in Deo.

QVAESTIO LXI.
De timore seruili.

DE timoris speciebus, quae, & quot sint diuersimodè sentiunt Beda, Augustinus, Cesarius, & Damascenus, quorum alij duas, alij quattuor, alij sex, esse ponunt; Timor autem sensilis, prout à peccato resilire facit, donum est Spiritus Sancti; Cuius actus bonus est; Differuntuè, Timor seruilis, Initialis, & Filialis, &c. Quoniam timor seruilis est ex comprehensione fidei; Naturalis ex comprehensione naturali. Timor seruilis principaliter est ad pœnam aeternam, initialis ad Dei offensam, timor seruilis respicit pœnam aeternam, vt destructiuā subiecti, filialis, vt separatiuam, & priuatiuam.

QVAE-

QVÆSTIO LXII.
De gratia sermonis.

GRatia sermonis sapientiæ, scientiæ, & fidei, plures gratiæ, & differentes sunt, per fines proximos, & actus proprios: gratiaq; sermonis ex meritis datur non propriè, sed interpretatiuè, gratiaq; prædicationis quò ad denuntiationem maior est gratia prophetiæ, quò ad reuelationem minor, gratia insuper dicentis nō sufficit, nisi, & audientis interueniat.

QVÆSTIO LXIII.
De fide formata.

OMnino fides formata interuenit, qua Deo firmiter adhærere possimus, fidesq; acquisita ex auditu rationibus, & testimonijs habetur: infusa autem, & gratuitá nequaquam, fidesq; formata materialiter sumpta virtus non est, sed benè formaliter; Et quamuis multi sint articuli, quia tamen vnã, omnes conueniunt, non generalis, sed specialis virtus ob id fides dicenda est; Ac sub diuersis respectibus singulæ ipsius definitiones rectè tradire comperientur, Apostoliq; definitio bona erit, si ad primos, & præcipuos sui actus attenderur, Credere itaq; de fide nō dicitur, nec vniuocè, nec equiuocè, sed analogicè, & generaliter loquendo, credere nil aliud est nisi assentire credito pri-

QVÆ- mo,

mo, enti supra rationem, propter se, formalisq; eius actus est Deum amare, in eum ire, ei adhærere, ac membris eius incorporari; Non tamen dicendum est, aliter quàm per fidem Deum hic cognosci posse, cum actibus rationibus naturalibus &c. id acquirere valeamus, Ac per fidem cognoscere idem est, quod absentiam credere quæ nunquã, nec sensu corporis, nec intuitu mentis conspecta sunt, aut conspici possunt, fidesq; non nisi de vero tamq; de obiecto esse potest, & visionem euacuat, alia insuper, & alia ratione idem potest esse scitum & creditum, Cuius obiectum est verum necessarium, vel simpliciter, vel secundum quid, ita complexum, & incomplexum, creatum, & increatũ, at primum per accidens, secundum per se, & primò est in facultate rationali tanquam in subiecto, quæ & propriè loquendo, non fuit in Angelis, nec ante confirmationem, nec ante lapsum, Nec ante peccatum in Adam fuit fides ratione fidei; Nec in Christo, certitudineq; informationis conscientiæ, & sensus experientiæ, quinimmò dulcedinis certior est fides, quàm scientia, quamuis certitudine euidentiæ quodammodo sit è conuerso, & secundum temporis progressum profecisse dicitur, fundamentumq; est aliarum virtutum.

QVÆSTIO LXIV.
De Articulis, & Symbolis.

CVm notitia rei, seu nominis pendeat ab eius definitione; iurè quispiam quærere posset. Quidnam sit articulus, cui respondentes dicimus alijs quàm plurimis definitionibus dimissis, quòd articulus est indiuisibilis veritas de Deo arctans nos ad credendum; Causa symbolorum est instructio fidelium in vna intelligentia veritatis confessione, & religionis deuotione; Ipsorumq; multiplicatio triplex fuit causa, fidei instructio, veritatis explanatio, & erroris exclusio; nec ab re diuersis temporibus, atq; occasionibus tria fuerunt instituta, immo rationabiliter .i. Symbolum Apostolorum Patrum, & Athanasij; Quorum primum fuit editum ad instructionem fidei trinitatis: secundum ad explanationem eiusdem: tertium contra hæreses; Diciturq; Symbolum Apostolorum sub silentio ad demonstrandum statum primitiuæ Ecclesię, quando fideles non audebant Christum publicè vndequaq; confiteri, in prima, & completorio, dicitur ad ostendendum quod sine fide impossibile est dirigi, Deoq; placere, in bonis, & in malis resistere; Et post peccatum non potuit esse salus sine fide mediatoris, quamuis ante peccatum esse potuerit. De Deoq; nihil minus nunquam credi potuit quàm vnum esse vniuersorũ creatorem, dominum, & rectorem nullactenus mali

alicuius

alicuius auctorem, quinimmò eius opus optantibus futurum redemptorem; Hæc vnius articuli fides absq; altero explicitè, vel implicitè haberi potest; oportuit Cornelium mitti ad Petrū, vt distinctè crederet, quod prius indistinctè credebat; Quorum articulorum distinctio penes duo attendi potest, vel ipsos componentes, & sic sunt 12. iuxta numerum duodecim Apostolorum; vel ipsas res creditas, & sic sunt quattuordecim septem spectantes ad diuinitatem, septem verò ad humanitatem, Per quos articulos rectè, & catholicè expositos, atq; intellectos circa fidem, Singuli tolluntur errores, Cum in ipsis doceamur, Deum vnum esse, Patrem, Filium, Spiritum Sanctum omnipotentem, Creatorem, Factorem, Redemptorem, Saluatorem, Glorificatorem, & alia ad credendum necessaria, vt perbelle docet doctor noster in fine istius partis, cui die vigesimaseptima præsentis mensis, & hora noctis prima finem imposuimus Deo auxiliante, cui semper sit honor, & gloria. Amen.

FINIS.

SVMMVLA RESOLVTIONVM QVARTÆ PARTIS ALEXANDRI DE ALES.

QVÆSTIO PRIMA.

De Sacramentis in genere.

RATIO illa Sacramenti scilicet. Sacramentum est Sacræ rei signum, communiter intellecta, non definitio, aut descriptio propriè quiditatis Sacramenti erit: Sed nominis potius interpretatio quædam. Arctius verò suscepta, adhuc vt vera, & propria eiusdem definitio non incongruè admittetur. Si quo autem pacto necessaria erant Sacramenta in statu innocentiæ, non vtiq; in remedium erant, vt modo: Sed intellectum gratiæ vt perficientis tantùm, non vt remediantis ipsam naturam humanam. At post lapsum necessaria fuerunt Sacramenta, & de vitæ necessitate saltem, vt discernerentur fideles de spiritualis Ierusalem ciuibus

esse,

esse, de Domini grege, atq; eius militia. Quorum Sacramentorum vtilitas triplex admodum conueniens esse fertur. Eruditio, videlicet, humiliatio, atq; exercitatio, vtpotè trium ipsius animæ ex lapsu in peccatum defectuum reparatrix. Ipsorumq; institutio communiter sumpta est de eorum esse; propriè autem minimè; tametsi contemptus Sacramentorum omni tempore periculosus extiterit, eorum tamen impletio non semper sub præcepto fuit; sed interdum sub consilio, veluti tempore legis naturæ, circuncisione excepta; Quo tempore, supplè legis naturæ, non omnium Sacramentorum institutio facta fuit: Sed quorundam paucorum. Aliorum autem tempore legis scriptæ, demumq; tempore legis gratiæ completus est numerus, & non à tempore innocentiæ sunt instituta, in quo nulla fuit remedij indigentia: Sed à tempore gratiæ reparantis, idest, ex quo homo gratia reparante indigere cœpit, Sacramenta instituta sunt, siue id per inspirationem fuerit, siue per promulgationem, Eorundéq; institutionem à Deo auctoritatiuè esse, nullus ambigere debet, à puro homine ministerialiter, à Deo, & Homine Christo Iesu auctoritatiuè simul, & ministerialiter; Et in tribus consistunt .i. in rebus, factis, & dictis, differenter tamen. Quoniam veteris legis Sacramenta in duobus prioribus consistebant: nouæ autem legis Sacramenta in tribus simul. Aliaq;, atq; aliatatione ad charitatem, & ad fidem virtutes, & ad gra-
tiam

tiam non virtutem referuntur. A fide potius, quàm ab alia virtute Sacramenta vim sanctificandi habere dicuntur, tùm quia fides inter virtutes summè impetrat, tùm quia initium est vitæ spiritualis; & fundamentum boni, intellectum, affectumq; perficit, & principium restaurationis est boni. Et generaliter Sacramento ab articulo mortis, passionis, & resurrectionis virtutem habeant. Et Sacramenta Antiquorum Patrum ab eadem fide virtutem habuerunt, à qua, & & nostra .f. à fide passionis Christi præuisę implicitè, vel explicitè. Duratura autem erant Sacramenta ad Aduentum Christi, mortem, vel resurrectionem, tanquam ad finem ordinata vsq; tunc: Illoq; adueniente, moriente, & resurgente cessare debuerunt, nec amplius permanere. Secus autem sentiendum est de alijs, quæ aliquid vltra significabant; & nisi in se; saltem in succedente nobiliori, & completiori. Et cum (Teste Domino nostro Iesu Christo) Eucharistię Sacramentum omnium aliorum perfectissimum, non nisi vsq; ad consumationem sęculi sit duraturum; idem de omnibus alijs inferre licebit. A nemineq; dubitandum est Sacramenta omnia secundùm omne tempus sanctificationis effectum habuisse, veruntamen non ex ęquo, quia nostra recentiora ex propria vi: prisca autem mediantibus nostris.

QVAE-

QVÆSTIO II.

De Sacramentis legis naturæ.

TAmetsi tempore legis naturæ plura videantur fuisse Sacramenta, quæ tamen tunc temporis Sacramenta propriè dici mererentur, Non nisi tria fuere .i. decimationes, sacrificia, & oblationes. Non tamen negandum est, cum Adæ, & Euæ in Paradiso Terrestri matrimonialis coniunctio Christi cum Ecclesia coniunctionem significauerit, profectò tunc etiam in Sacramentum institutum fuisse matrimonium. Sacramentum autem matrimonij tunc temporis signū fuit coniunctionis Christi, & Ecclesiæ nedum in charitate, sed & in naturæ conformitate.

Illegitimitas tunc etiam fuit in tali Sacramento in personis contrahentibus; Sed non tanta, quanta nunc; sed Patris, & Filiorum, Matris, & Filij solùm. Vnum cum vna contrahere de lege naturæ fuit, & secundum naturam ratione boni prolis, ratione autem boni fidei, & Sacramenti minimè; Quinimmò contra naturam. Dicant quicquid volunt alij, firmiter tenendum est ab omnibus Sacramentum pœnitentiæ in Paradiso Terrestri minimè institutum fuisse. Arbitramurq; Sacramentum pœnitentiæ dictamen aliquod instinctum, vel rationem à natura habuisse in statu innocentiæ, dicere à veritate nequaquam alienum fore; Riteq; antiquitus institutum fuisse ritum sacrificiorum animalium in si-

in figuram, in signum, & in pœnam, & etiam sacrificia tempore legis naturæ (à fidelibus tamen oblata) cum sacræ rei signa essent, Sacramenta fuisse asserere nullatenus inconuenit; Velùti nec etiam sacrificia vetera Summi illius Sacrificij Christi Redemptoris, quo se Patri obtulit principaliter Sacramenta extitisse. Deinde omnium spiritualium tunc temporis oblatorum. Sacrificium verò offerri cœpit à tempore Abel manifestè, licèt & Adam fortasse obtulerit, atq; offerendum docuerit. Cùm autem legis naturæ sacrificia ad aliud ordinata essent, aduenientε illo, cessare debuerunt. Nullusq; dubitare debet tempore legis naturæ sacrificia facta esse ab Abel, Noe, & alijs, Oblationemq; Melchisedech in pane, & vino factam, Sacramentum corporis, & sanguinis Christi in Altari signum extitisse. Et quia duæ res erant signatæ per illam Melchisedech oblationem .i. corporis, & sanguinis Domini Nostri Iesu Christi; Ideo sub duarum rerum differentijs oblatum fuit, & oblatio huiusmodi, videlicet panis, & vini vsq; modo permansit, quoniam conuenientem naturę humanæ formam seruat, nec onus aliquod, quinimmò iucunditatem eidem præstat. Restaurationis humani generis secundum partem saluandorum ad denarium à quo illud per peccatum originale cecidit. Decimationis Sacramentum signum fuit, quę decimatio si quem effectum habuit, non à se, sed aliunde accepit, ac tempore Abraham Patriar-

chæ decimarum Sacramentum incępit; Quod cùm de lege naturæ maximè fuerit: Ideo adhuc non cessauit. Et sicut natura tunc temporis .i. legis naturæ, spiritualiter vulnerata erat, ita Sacramentis ijs, veluti medicamentis opus habebat. Quorum Sacramentorum non omnia ad salutem necessaria fuere; Sed tantùmmodo fides, & matrimonium. Et quidem Sacramenta legis naturæ, quo ad opus operatum vtilitatis extitere vti deuotionis in offerentibus excitatiuã. Quærenti autem à quo, & quando Ecclesia cœperit, satisfaciendum est, quod in Abel, vtporè de cuius fide tanquam de sacro signo ex parte hominis primò in scriptura legatur semper sanctus, & primus (Teste Christomet) Martir, & Virgo, Cuius corpus nunquàm acephalum: nam & si semper Christum re existentem non habuerit, benè tamen, & fide iugiter habuit, & ex quo Ecclesia ab Abel cœpit, nunquàm desiet, Sed ad finẽ vsq; sæculi perseuerabit. Et omnes indubitanter tenere debent etiam ante circuncisionem remedium datum esse paruulis contra originale peccatum, quod fuit fides offerentis, deuotione comite. Duoq; fuerunt tale remedium, scilicet Sacrificia, & Decimationes; Et ista Sacrificia, & Decimationes legis naturæ, nedùm non eiusdem efficaciæ cum Sacramentis veteris, nouęq; legis non fuere. Quinimmò eo minoris, quò maioris elongationis fuerunt à veritate spiritus; Ipsorumq; legis naturæ Sacramentorum, quædam fuerunt à natura

tura indita, alia ex disciplina, & alia ex inspiratione.

QVÆSTIO III.

De Sacramentis Legis Moysi in generali.

LEgis Moysi Sacramenta, quamuis fortè æquè sese in significando rationem haberent, naturalis legis Sacramenta superaddi tamen oportuit, vtque distinctiùs significarent, maioriq; essent efficacia. Plura insuper esse oportuit Sacramenta sub lege, quàm sub natura; etenim vt paruuli tunc erant paucioribus instruendi, nec dum naturæ adeò creuerat languor: Veluti etiam plura esse Sacramenta sub lege Moysi, quàm sub lege Euangelica opus fuit, vt horum magnitudo, & pręstantia pluribus pręfigurata signis, certior haberetur, & illorum defectui, atq; inefficaciæ multitudine suppleretur. Quæ iuxta multiplicem nominis Sacramenti acceptionem, & omnia, & non omnia legalia Sacramenta Sacramentalem institutionē obtinuisse affirmare possumus. Illa autem, quæ Sacramentalem institutionem obtinuerunt, & ad significandum, & ad efficiendum instituta fuere, quia illa duo Sacramenta, Baptismus, & Eucharistia aptissimè significarunt in remediumq; expressissimè signandum instituta fuerunt. Ideo ex veteribus Sacramentis in circuncisione tantùm, & Agni Paschalis commestione facta est expressio, quòd in signum sint instituta. Sa-

cramenta autẽ legalia, si quo modo ex opere operato iustificabãt, hoc erat quantùm ad reatus diminutionẽ, nõ autem quantùm ad culpę diminutionẽ, circuncisione excepta. Cum ergo ratio eficax non detur, qua legalia Sacramenta ab immunditijs non purgasse, quis credere compellatur; ideo ab his purgasse est censendum; Ipsorumq; legalium Sacramentorum exercitiũ nedùm alicuius vtilitatis fuit, immò non modicæ. Et ista Sacramenta legalia cessare debuerunt, quoniam aliter paruuli erant inseruendi, & aliter adolescentes, & aliter in perfecta ætate constituti. Sacramenta insuper legalia alia, & alia ratione cessare debuerunt, per Christi aduentum, passionem, & mortem, vel per Euangelij publicationem: Christi aduẽtu, vtpotè pręfigurata veritatis præsentia; eiusdem passione, & resurrectione, efficacia, Euangelij publicatione, obseruantia.

Pręcisèq; Sacramenta legalia desiere in Christo in vtero Virginis carnem sumente, quò ad causam; eodẽ postea in cruce pendente, quò ad efficaciam. Si autem quæratur an legalia tempore legis gratiæ absq; peccato seruari potuerint, quàmuis in hoc altercentur Augustinus, & Hieronymus, illo affirmatiuam, hoc negatiuam partem tuentibus; at verò Augustino magis innitendum videtur, si sabbatum intelligatur certum quoddam tempus (putà, septima dies cessationis ab operibus seruilibus) cùm, vt huiusmodi morale fue-

rit

rit secundum quid cessare potuit, & debuit. Si autem intelligatur sanctificatio, siue vacatio cultui diuino, vt sic cùm morale simpliciter sit, nec cessare potuit, nec debuit.

QVÆSTIO LIII.

De Circuncisione.

DE Circuncisione volens doctor de ea tractare, quid sit, nobis primùm indicat, dicens, quòd Circuncisio est signum decernens Israel à populis gentium, vel est signaculum curationis ab originali peccato; Insuper circuncisio est abscissio superfluitatis concupiscentiæ.

Et admodum congruum fuit circuncisionem Sacramentum magis, quàm quodlibet præcedentium institui, vt sicut morbus originalis circularis erat, & per genitale membrum contractus, ita in ablatione circularis pelliculæ designaretur, & eidem membro in remedium adhiberetur. Et quia lex vetus rigoris lex fuit, rigoris remedia exquisiuit. originale per delectationem operis membri genitalis contrahebatur, remedium eiusdem membri læsiuum exigebatur, vt sic culpę pœna corresponderet, & contrarium contrario curaretur. Quæ legis scriptę per se, & propriè Sacramentum fuit, impropriè tamen legis naturę, vt pręparatio esset ad legem Moysis, illiusq; obseruantiæ exordium

SVMMVLA RESOLVTIONVM QVARTÆ PARTIS ALEXANDRI DE ALES.

QVÆSTIO PRIMA.

De Sacramentis in genere.

RATIO illa Sacramenti scilicet. Sacramentum est Sacræ rei signum, communiter intellecta, non definitio, aut descriptio propriç quiditatis Sacramenti erit: Sed nominis potius interpretatio quædam. Arctius verò suscepta, adhuc vt vera, & propria eiusdem definitio non incongruè admittetur. Si quo autem pacto necessária erant Sacramenta in statu innocentiæ, non vtiq; in remedium erant, vt modo: Sed intellectum gratiæ vt perficientis tantùm, non vt remediantis ipsam naturam humanam. At post lapsum necessaria fuerunt Sacramenta, & de vitæ necessitate saltem, vt discernerentur fideles de spiritualis Ierusalem ciuibus

esse,

esse, de Domini grege, atq; eius militia. Quorum Sacramentorum vtilitas triplex admodum conueniens esse fertur. Eruditio, videlicet, humiliatio, atq; exercitatio, vtpotè trium ipsius animæ ex lapsu in peccatum defectuum reparatrix. Ipsorumq; institutio communiter sumpta est de eorum esse; propriè autem minimè; tametsi contemptus Sacramentorum omni tempore periculosus extiterit, eorum tamen impletio non semper sub præcepto fuit; sed interdum sub consilio, veluti tempore legis naturæ, circuncisione excepta; Quo tempore, supplè legis naturæ, non omnium Sacramentorum institutio facta fuit: Sed quorundam paucorum. Aliorum autem tempore legis scriptæ, demumq; tempore legis gratiæ completus est numerus, & non à tempore innocentiæ sunt instituta, in quo nulla fuit remedij indigentia: Sed à tempore gratiæ reparantis, idest, ex quo homo gratia reparante indigere cœpit, Sacramenta instituta sunt, siue id per inspirationem fuerit, siue per promulgationem. Eorundéq; institutionem à Deo auctoritatiuè esse, nullus ambigere debet, à puro homine ministerialiter, à Deo, & Homine Christo Iesu auctoritatiuè simul, & ministerialiter; Et in tribus consistunt .i. in rebus, factis, & dictis, differenter tamen. Quoniam veteris legis Sacramenta in duobus prioribus consistebant: nouæ autem legis Sacramenta in tribus simul. Aliaq;, atq; alia ratione ad charitatem, & ad fidem virtutes, & ad gratiam

tiam

tiam non virtutem referuntur. A fide potius, quàm ab alia virtute Sacramenta vim sanctificandi habere dicuntur, tùm quia fides inter virtutes summè impetrat, tùm quia initium est vitæ spiritualis, & fundamentum boni, intellectum, affectumq; perficit, & principium restaurationis est boni. Et generaliter Sacramento ab articulo mortis, passionis, & resurrectionis virtutem habeant. Et Sacramenta Antiquorum Patrum ab eadem fide virtutem habuerunt, à qua, & & nostra .f. à fide passionis Christi præuisę implicitè, vel explicitè. Duratura autem erant Sacramenta ad Aduentum Christi, mortem, vel resurrectionem, tanquam ad finem ordinata vsq; tunc: Illoq; adueniente, moriente, & resurgente cessare debuerunt, nec amplius permanere. Secus autem sentiendum est de alijs, quæ aliquid vltra significabant, & nisi in se; saltem in succedente nobiliori, & completiori. Et cum (Teste Domino nostro Iesu Christo) Eucharistię Sacramẽtum omnium aliorum perfectissimum, non nisi vsq; ad consumationem sęculi sit duraturum, idem de omnibus alijs inferre licebit. A nemineq; dubitandum est Sacramenta omnia secundùm omne tempus sanctificationis effectum habuisse, veruntamen non ex ęquo, quia nostra recentiora ex propria vi: prisca autem mediantibus nostris.

QVAE

QVÆSTIO II.

De Sacramentis legis naturæ.

TAmetsi tempore legis naturæ plura videantur fuisse Sacramenta, quæ tamen tunc temporis Sacramenta propriè dici mererentur, Non nisi tria fuere .f. decimationes, sacrificia, & oblationes. Non tamen negandum est, cum Adæ, & Euæ in Paradiso Terrestri matrimonialis coniunctio Christi cum Ecclesia coniunctionem significauerit, profectò tunc etiam in Sacramentum institutum fuisse matrimonium. Sacramentum autem matrimonij tunc temporis signũ fuit coniunctionis Christi, & Ecclesiæ nedum in charitate, sed & in naturæ conformitate.

Illegitimitas tunc etiam fuit in tali Sacramento in personis contrahentibus; Sed non tanta, quanta nunc; sed Patris, & Filiorum, Matris, & Filij solùm. Vnum cum vna contrahere de lege naturæ fuit, & secundum naturam ratione boni prolis, ratione autem boni fidei, & Sacramenti minimè; Quinimmò contra naturam. Dicant quicquid volunt alij, firmiter tenendum est ab omnibus Sacramentum pœnitentiæ in Paradiso Terrestri minimè institutum fuisse. Arbitramurq; Sacramentum pœnitentiæ dictamen aliquod instinctum, vel rationem à natura habuisse in statu innocentiæ, dicere à veritate nequaquam alienum fore; Riteq; antiquitus institutum fuisse ritum sacrificiorum animalium in si-

in figuram, in signum, & in pœnam, & etiam sacrificia tempore legis naturæ (à fidelibus tamen oblata) cum sacræ rei signa essent, Sacramenta fuisse asserere nullatenus inconuenit; Velùti nec etiam sacrificia vetera Summi illius Sacrificij Christi Redemptoris, quo se Patri obtulit principaliter Sacramenta extitisse. Deinde omnium spiritualium tunc temporis oblatorum. Sacrificium verò offerri cœpit à tempore Abel manifestè, licèt & Adam fortasse obtulerit, atq; offerendum docuerit. Cùm autem legis naturæ sacrificia ad aliud ordinata essent, aduenìente illo, cessare debuerunt. Nullusq; dubitare debet tempore legis naturæ sacrificia facta esse ab Abel, Noe, & alijs, Oblationemq; Melchisedech in pane, & vino factam, Sacramentum corporis, & sanguinis Christi in Altari signum extitisse. Et quia duæ res erant signatæ per illam Melchisedech oblationem .s. corporis, & sanguinis Domini Nostri Iesu Christi; Ideo sub duarum rerum differentijs oblatum fuit, & oblatio huiusmodi, videlicet panis, & vini vsq; modo permansit, quoniam conuenientem naturę humanæ formam seruat, nec onus aliquod, quinimmò iucunditatem eidem præstat. Restaurationis humani generis secundum partem saluandorum ad denarium à quo illud per peccatum originale cecidit. Decimationis Sacramentum signum fuit, quę decimatio si quem effectum habuit, non à se, sed aliunde accepit, ac tempore Abraham Patriar-

chæ decimarum Sacramentum incępit; Quod cùm de lege naturæ maximè fuerit: Ideo adhuc non cessauit. Et sicut natura tunc temporis .i. legis naturæ, spiritualiter vulnerata erat, ita Sacramentis ijs, veluti medicamentis opus habebat. Quorum Sacramentorum non omnia ad salutem necessaria fuere; Sed tantùmmodo fides, & matrimonium. Et quidem Sacramenta legis naturæ, quo ad opus operatum vtilitatis extitere vti deuotionis in offerentibus excitatiua. Quærenti autem à quo, & quando Ecclesia cœperit, satisfaciendum est, quod in Abel, vtporè de cuius fide tanquam de sacro signo ex parte hominis primò in scriptura legatur semper sanctus, & primus (Teste Christomet) Martir, & Virgo, Cuius corpus nunquàm acephalum: nam & si semper Christum re existentem non habuerit, benè tamen, & fide iugiter habuit, & ex quo Ecclesia ab Abel cœpit, nunquàm desiet; Sed ad finē vsq; sæculi perseuerabit. Et omnes indubitanter tenere debent etiam ante circuncisionem remedium datum esse paruulis contra originale peccatum, quod fuit fides offerentis, deuotione comite. Duoq; fuerunt tale remedium, scilicet Sacrificia, & Decimationes; Et ista Sacrificia, & Decimationes legis naturæ, nedùm non eiusdem efficaciæ cum Sacramentis veteris, nouęq; legis non fuere. Quinimmò eo minoris, quò maioris elongationis fuerunt à veritate spiritus; Ipsorumq; legis naturæ Sacramentorum, quædam fuerunt à na-

tura

tura indita, alia ex disciplina, & alia ex inspiratione.

QVÆSTIO III.

De Sacramentis Legis Moysi in generali.

LEgis Moysi Sacramenta, quamuis fortè æquè sese in significando rationem haberent, naturalis legis Sacramenta superaddi tamen oportuit; vtque distinctiùs significarent, maioriq; essent efficacia. Plura insuper esse oportuit Sacramenta sub lege, quàm sub natura; etenim vt paruuli tunc erant paucioribus instruendi, nec dum naturæ adeò creuerat languor: Veluti etiam plura esse Sacramenta sub lege Moysi, quàm sub lege Euangelica opus fuit, vt horum magnitudo, & pręstantia pluribus pręfigurata signis, certior haberetur, & illorum defectui, atq; inefficaciæ multitudine suppleretur. Quæ iuxta multiplicem nominis Sacramenti acceptionem, & omnia, & non omnia legalia Sacramenta Sacramentalem institutionē obtinuisse affirmare possumus. Illa autem, quæ Sacramentalem institutionem obtinuerunt, & ad significandum, & ad efficiendum instituta fuere, quia illa duo Sacramenta, Baptismus, & Eucharistia aptissimè significarunt in remediumq; expressissimè signandum instituta fuerunt. Ideo ex veteribus Sacramentis in circuncisione tantùm, & Agni Paschalis commestione facta est expressio, quòd in signum sint instituta. Sa-

cramenta autē legalia, si quo modo ex opere operato iustificabāt, hoc erat quantùm ad reatus diminutionē; nō autem quantùm ad culpę diminutionē, circuncisione excepta. Cum ergo ratio eficax non detur, qua legalia Sacramenta ab immunditijs non purgasse, quis credere compellatur; ideo ab his purgasse est censendum; Ipsorumq; legalium Sacramentorum exercitiū nedùm alicuius vtilitatis fuit, immò non modicæ. Et ista Sacramenta legalia cessare debuerunt, quoniam aliter paruuli erant inseruendi, & aliter adolescentes, & aliter in perfecta ætate constituti; Sacramenta insuper legalia alia, & alia ratione cessare debuerunt, per Christi aduentum, passionem, & mortem, vel per Euangelij publicationem: Christi aduētu, vtpotè prefiguratæ veritatis præsentia; eiusdem passione, & resurrectione, efficacia, Euangelij publicatione, obseruantia.

Precisèq; Sacramenta legalia desiere, Christo in vtero Virginis carnem sumente, quò ad causam; codē postea in cruce pendente, quò ad efficaciam. Si autem quæratur an legalia tempore legis gratiæ absq; peccato seruari potuerint, quàmuis in hoc altercentur Augustinus, & Hieronymus, illo affirmatiuam, hoc negatiuam partem tuentibus; at verò Augustino magis innitendum videtur, si sabbatum intelligatur certum quoddam tempus (puta, septima dies cessationis ab operibus seruilibus) cùm, vt huiusmodi morale fuerit

rit secundum quid cessare potuit, & debuit. Si autem intelligatur sanctificatio, siue vacatio cultui diuino, vt sic cùm morale simpliciter sit, nec cessare potuit, nec debuit.

QVÆSTIO IIII.

De Circuncisione.

DE Circuncisione volens doctor de ea tractare, quid sit, nobis primùm indicat, dicens, quòd Circuncisio est signum decernens Israel à populis gentium, vel est signaculum curationis ab originali peccato; Insuper circuncisio est abscissio superfluitatis concupiscentiæ.

Et admodum congruum fuit circuncisionem Sacramentum magis, quàm quodlibet præcedentium institui, vt sicut morbus originalis circularis erat, & per genitale membrum contractus, ita in ablatione circularis pelliculæ designaretur, & eidem membro in remedium adhiberetur. Et quia lex vetus rigoris lex fuit, rigoris remedia exquisiuit. originale per delectationem operis membri genitalis contrahebatur, remedium eiusdem membri læsiuum exigebatur, vt sic culpę pœna corresponderet, & contrarium contrario curaretur. Quæ legis scriptę per se, & propriè Sacramentum fuit, impropriè tamen legis naturę, vt pręparatio esset ad legem Moysis, illiusq; obseruantiæ exordium

ordium. Et iurè tertia mundi ætate instituta fuit, & ratione concupiscentiæ tunc insurgentis, & ratione fortitudinis tunc inualescentis. A Deoq; immediatè data est, sicut ab eo immediatè est culpę originalis deletio, & Abrahæ, & semini eius.

Et conuenientius admodum viro, quàm mulieri, quippè qui primò corruptus fuit particulariter, & causa etiam est descensus morbi ad posteros: Ex eius item genitalis membri circuncisione peccati originalis conditio rectiùs exprimitur, & animæ tandem circuncisio aptiùs innuitur. Nec circuncisionis pręceptum omnes obligabat; sed pręcisè eos, qui de domo Abrahę erant. Circuncisionis etiam pręceptum cum temporis determinatione dari debuit, quia legis determinati temporis pręceptum fuit. Et tempus, putà octaua dies ad circuncidendum, & sub pręcepto cadebat, & de eius substantia erat: verùm non ita quòd necessitatis esset ad efficientiam, sed tantùm ad obseruantiam. Et ideò (saluo semper meliori iudicio) dicendum puto, quòd paruuli ante octauum diem incircuncisi decedentes, non damnabuntur; sed in fide tantùm cum oblationibus, & sacrificijs saluabantur. Ita & qui in deserto incircuncisi mortui sunt, nequaquam damnatos, sed saluos potius fuisse arbitramur; & ipsa non solum fuit in significando, sed etiam in efficiendo; Nedùm etiam signum fuit regenerationis, quia Baptismũ significauit; Sed & quia originale auferendo, filium

Dei reddebat per gratiam, qui filius iræ fuerat per culpam. Et octauus dies essentialis quidem fuit circuncisioni, non quantùm ad significandum, sed quantùm ad purgationem ab originali. Quidquid dicant nonnulli, etiam instante mortis periculo, non licuit ante octauum diem paruulos circuncidi. Et plurimæ rationes, tùm maximè octo inducunt nos credere, essentiale fuisse circuncisioni in membro virili fieri. Et si cultellus lapideus maximopere circuncisionis signato conueniret, non tamen ei essentiale erat; quod licèt aliunde clareat, ictus tamen vetustus Iudęorum optimè comprobat. Confiteri etiam singuli debent, quòd, cum character non imprimatur, nisi fide, & inuocatione Sanctissimæ Trinitatis, & cum huius nihil distinctum esset apud veteres Hebręos, proculdubio ab omnibus fatendum est, in circuncisione antiquitus characterem nullatenus imprimi, quæ signandi, & purgandi effectum, efficaciamq; habuit; Ipsaq; etiam originale tollebatur; quinimmò, & amplius ponebatur naturalis iustitia, si non verè, saltem interpretatiuè; & quanquàm circuncisione veteri primò, & per se auferreretur originale in paruulis nihilominus, quia gratia gratificans non patitur secum mortale peccatum, nec morbus spiritualis, nisi per introductionem vitæ spiritualis tollitur, cum hoc, & actuale in adultis dignè eam suscipientibus auferrebatur. Et quicquid aliqui alij arbitrati sint nihilominus dicendum est, quod

non

non solùm per circuncisionem tollebatur culpa; Sed etiam gratia conferrebatur, non tamen qua meritoriè operaretur. Et ab omnibus proculdubio censendum est, circuncisionem Sacramentum efficacius quolibet alio anteriori pro deletione originalis extitisse, quia sanctis perfectior Baptismus fuit, Et cum originale, ad cuius remedium instituta fuerat, non iteraretur, nec ipsa: Cumq; vsq; ad Christum fidelibus data fuerit, cũ ipse venit iurè cessare debuit. Qui licèt circuncidi non indiguerit, non tamen ab re circuncidi voluit.

QVÆSTIO V.

De Sacramentis legis Euangelicæ in genere.

SAcramentum autem legis Euangelicæ diuersimodè definitur ab Augustino, Magistro, & Hugone; Dicente Augustino Sacramentum est per quod sub tegmento rerum visibilium diuina virtus secretiùs operatur: Magistro dicente; Sacramentum est inuisibilis gratiæ visibilis forma; Hugone autem, Sacramentum est corporale, vel materiale elementum extrinsecum oculis suppositum, ex institutione significans, ex similitudine repræsentans, ex sanctificatione inuisibilem gratiam continens: At secundùm rem Sacramentum est signum gratiæ, voluntarium .s. & sensibile; gratiæ creatæ, & præsentis. Omnia profectò Sacramenta nouæ legis, à Christo auctoritatiuè institutioné habue-

habuerunt, licèt non dispensatiuè. Quare cùm homo tempore legis Euangelicæ medicina reparatiua indiguerit, nullus dubitare debet, tunc temporis Sacramenta fuisse necessaria, & nobiliora, & efficaciora.

Ad humiliationem, eruditionem, & exercitationem instituta successiuè, & non absq; efficaci multiplicique congruentia. Et omnia materiam habent, licèt non æquè aliam, & aliam, & rationabiliter, vt potè vinũ, aquam, & oleum &c. formam autem determinatè à Domino institutam non omnia habent; sed quædam in verbis consistentem; Rectè autem duo Sacramenta .i Baptismus, & Eucharistia in sua forma à Domino sunt instituta, quia principaliora, & totum hominem in corpore Ecclesiæ vniunt per fidem, & charitatem. Ac propter diuersum transitum Christi, & nostri non eodem ordine ministrantur, quo sunt à Domino instituta. Propriè autem in rebus, & verbis consistunt, cõmuniter autem in rebus, verbis, & factis, & sunt differentia ab alijs signis sacris in signando, quoniam Sacramenta directè gratiam signant, cętera minimè. Inter Sacramentum, & gratiã, vt eius signum esse queat, non essentialis requiritur similitudo, aut conuenientia, sed dispositiua. Vniuersaliter Sacramenta sunt vera signa, quantum est ex se, & nisi ex parte suscipientis ponatur obex. Nulliq; saniori opinioni pręiudicãdo, opinamur Sacramenta nouæ legis alicuius effectus in anima causam esse, nedum disponendo; sed & ef-

ficiendo. Veluti etiam Sacramenta quodammodo causam esse gratiæ pro inconuenienti non habemus in ratione causæ materialis, disponentis, vel efficientis, largè tamen vtrunq; sumendo, Et operantur ad animarum sanctificationem per virtutem formæ intelligibilis, vel spiritualis. Ac tanquam quoddam eis aduenìens, accidentaleq; esse eis tribuens in elementis Sacramentorum est sanctificatio, & virtus sanctificandi. Atq; in verbo, elemento, & actu exercito simul tanquam in subiecto est virtus Sacramentalis Sanctificans. Quærenti autem à quo sit virtus Sacramentorum Euãgelicorum; An à fide, passione Christi &c. Est respondendum, quòd ab institutione Saluatoris à forma verborum, à debita ministrorum actione, à Passione Christi, atq; resurrectione, & demùm à fide Ecclesiæ diuersa ratione: Si autem quæratur; Quomodo differant Sacramenta, & alia quæ iustificare dicuntur: dici potest, quod Deus iustificat, vt causa efficiens separata, gratia verò coniuncta, quomodo fides etiam, & charitas Sacerdos ministerio Sacramenta disponendo, & mandata dirigendo; quomodo etiam lex iustificare dicitur, opera autem exercitio. Et non in omnibus Sacramentis effectus ille est discernendi per characteris impressionem; sed in aliquibus tantùm, scilicet in tribus, vtpotè, quæ ad vnum effectum determinantur, nec pluries, quàm semel eis indigeamus. Contra malitiam, vt in pœnam sonat est Sacrãmentum pœnitentiæ

tiæ ratione satisfactionis: Aduersus postea venialia plura sunt Sacramenta, quia pluries, & infinities iterabilia gratia Sacramentorum, & gratia virtutum, vel donorum eadem gratia est in subiecta ratione tantùm siue effectu differens, tametsi interdum etiam subiecta differre possint ad inuicem, Vt diuinæ misericordiæ, iustitiæ, potentiæ, atq; ipsorum Sacramentorum congruentiæ nullatenus derogaretur, dedecuit vt Sacramentum aliquod Euangelicum per Angelos dispensaretur. Terminabilia insuper sunt simpliciter, & vsq; ad iudicium durabilia, quare non perpetua. Plura etiam ad salutem requiruntur, sicut plures sunt lapsus, & defectus; quare nullus catholicus vnum sufficere asserere debet, Nec plura, nec pauciora numero quàm septem sunt Sacramenta Euangelica, quorum sufficientia ex multis, tùm maximè ex numero morborum spiritualium aptissimè desumi potest.

QVÆSTIO VI.

De Baptismo Ioannis.

QVia Baptismus nouorum Sacramentorum est Ianua, nec ij, quibus prędicandus erat, perfectè obedientes erant, sicut ij, quibus circuncisio dabatur; Et ideo Sacramentum Baptismi etiam magis, quàm circuncisio, & aliud nouorum Sacramentorum præparatorium habuit: Baptismum verò Ioannis Sacramen-

tum fuiſſe admitti poteſt; ſed non niſi extenſo Sacramenti nomine, cuius forma fuit. Ego te Baptizo in Nomine Venturi: Baptiſmusq; Ioannis, Petri, & Pauli non ijdem fuerunt; quia Ioannes Baptizauit in Nomine Venturi; Petrus autem, & Paulus in nomine Chriſti, quod non eſt idem.; Eiuſdemq; Baptiſmus gratiam minimè conferebat, ſed externè tantùm ad Chriſti Baptiſma pręparabat. Quod ita ſupple Baptiſma, Ioannis dictum fuit, & non Petri, ac Pauli, & aliorum huiuſmodi; quia talis ſui Baptiſmi, non ſolùm diſpenſator, ſed & inſtitutor fuit, & totum, quod in illo fiebat, ab eo abſolutè erat; quod de Petri, Pauli, & aliorum Baptiſmate minimè eſt dicendum. Et Ioannis Baptiſmate Chriſtus maximè Baptizari debuit, primò, vt Baptizandi exemplum daret, veritatemq; & humilitatem, atq; iuſtitiam impleret. A Ioanne inſuper Baptizari voluit, vt Ioannis Baptiſma approbaret, & nihil intereſſe à quouis Baptizaretur demonſtraret, & demum ſe illò maiorem eſſe mirabilibus ſignis patefaceret. Nec ſolus Chriſtus Ioannis Baptiſmate Baptizari debuit, ne Ioannes melioris Baptiſmi diſpenſator putaretur, aut Chriſti Baptiſmus minus plenus, minusq; perfectus crederetur. Atq; admodum congruę fuerunt omnes circunſtantiæ Chriſti Baptiſmum comitatæ ad noſtram inſtructionem. Nec Paruuli, nec Mulieres Ioannis Baptiſmate Baptizati fuerunt, tùm quia non decuit, tùm quia non opus fuit. Quidq; dicatur

com-

communiter aduersus Magistrum Sententiarum in hu iusmodi negocio, opinamur non omnes Baptizatos à Ioanne Christi Baptismate necessariò rebaptizandos fore; sed ij tantùm, qui fidem Spiritus Sancti non habebant, aut errabant in Baptismate Ioannis spem ponentes. A Ioanneq; ministerio, & à Deo auctoritate Ioannis Baptismus institutus fuit. Et cùm eiusdem Baptismus, præparatio quædam fuerit, adueniente eo, ad quod præparauit, iure cessare debuit. Qui tunc cessare cœpit, quando Christus Baptizatus fuit, & posito Ioanne in carcere omnino desijt.

QVAESTIO VII.
De Exorcismo, & Catechismo.

IN Adultis Catechismus est prior; in paruulis verò exorcismus. Et Exorcismus necessarius est, vt Diaboli potestas reprimatur, ne veniens ad Baptisma impediatur. Et ad significandum, & ad efficiendum est exorcismus .s. ad expellendum malignum spiritum, licèt non plenè, tametsi non desint, qui ad significandum tantùm illum institutum esse contendant. Et in anima propriè, & specialiter efficit quod efficit, Munusq; Sacerdotum propriè est exorcizare. Et verba exorcizationum virtutem habent profectò, sed meritò virtutis diuinæ illuc ministerio Angelico apparente. Congruèq; & sufficienter posita sunt concurrentia ad

exor-

exorcizationem, ita vt nihil eorum ministerio vacet. Baptizandi, tùm de altioribus, tùm de facilioribus fidei mysterijs catechizandi sunt instruendiuè iuxta temporis, & personarum congruentiam.

Tametsi paruuli nullum rationis vsum habeant adhiberi nihilominus eis potest catechismus; quandoquidem si corporalia ipsi studiosissimè patiantur, vir non magis spiritualia? Et spectat ad Sacerdotes, adultos, ad pattinos paruulos propriè catechizare. Cathecumenusq; è vita decedens non saluatur, nisi martyrio consumetur.

QVÆSTIO VIII.

De Sacramento Baptismi.

QVoniam vnaquæq; res qualis sit per definitionem indicatur, meritò quispiam quærere posset quidnam Baptismus sit. Respondendum ab omnibus est, multas de eo dari definitiones, quarum vnaquæq; in suo genere optima est iudicanda. Prima Dionisij, secunda Augustini, tertia Damasceni, quarta Magistri Sententiarum, quinta, & postrema Hugonis de Sancto Victore. Et meritò Sacramentum Baptismi post circuncisionem institutum fuit, quoniam circuncisio debile remedium erat; Oportuit ergo Baptismum succedere, veluti validiùs atq; potentiùs. Necesse insuper fuit post circuncisionem Sacramentum Baptismi institui,

tui, vt remedium vniuersale afforet lene, eficax, efficiens, atq; illuminans. Quod quidem Sacrmentum iuxta diuersas considerationes, diuersisq; temporibus institutum fuisse comperies. Et eo tempore induxit obligationis necessitatem, quò innotuit eius institutio per consilium, aut præceptum diuinum. Et cum ministerium Baptismi sit opus voluntatis rationalis, atq; deliberatæ, cum pariter Baptizans efficiatur in hoc Ecclesiæ minister, Baptizansq; percautus esse debeat, sequitur omnino in Baptizando necessariam esse Baptizantis intentionem; Requiritur etiam intentio recta ad Baptismum ex consequenti, & ex congruitate; Et intentio faciendo, quod facit Ecclesia ad Baptismum requisita nihil prohibet sine Baptizantis fide esse posse. Et Baptizans in tali actu intendere debet abluere exterius, vt Deus abluat interius. Et cum Baptismi effectus aquæ proprietatibus magis, quàm alterius elementi correspondeat, iurè in ea magis, quàm in alia materia fieri decuit. Nec modicitas aquæ impedit, quin sit verus Baptismus, si in parte principali corporis sit factus. Baptismusq; secundum suam essentiam est aqua, si communiter accipiatur essentia; propriè autem minimè. Et in hoc Sacramento necessaria est vocalis verborũ expressio. Et ego, nõ est de necessitate, quantũ ad necessitatẽ faciendi, sed benè facientis. Sed Baptizo spectat ad formæ integritatem. Expressio etiã actus Baptizandi est de forma; Et requiritur trinitatis

cx-

expreſſio, neceſſariumq; eſt in forma Baptiſmi exprimere (te) nec dicere, Ioannem, Paulum, &c. quia tunc mutaretur Baptiſmi forma. Concludimus ergo ad ſoluendam quamlibet dubitationem in Baptiſmo Eccleſiæ formam eſſe obſeruandam. In materia verò de mutatione, vel variatione formę Baptiſmi mihi videtur, dimiſſis opinionibus extremis, medium tenendũ eſſe, vt ſi in principio, medio, vel fine additio fiat, dũmodo aliquid non addatur negans factum, hęreſimq; dogmatizare non intendat, Baptiſmus eſt, de corruptione autem verborum dicunt, quod ſi intellectum non deſtruat, & hæreſim dogmatizare non intendat, Baptiſmus eſt; Idem dicunt de ſubtractione, & verborum diminutione, cùm ex talibus non pereat verborum intellectus. Idem de tranſmutatione, ſi non variet ſenſum formæ, & hæreſim dogmatizare non intendat, Baptiſmus eſt, Si autem Patrem minorem Filio credens tranſmutet dicendo (Ego te Baptizo in Nomine Filij, & Patris) non eſt Baptiſmus: ſine etiam prętudicio dico, quod ſi quis Baptizaret in Nomine Genitoris Geniti, & procedentis ab vtroq; non eſſet Baptiſmus. Idem dicendum in hoc caſu, ſi contingeret quempiam ex ignorantia idiomatis corrũpere formam, vt putà, dicendo (Ego te Baptizo in Nomine Partia, & Filia, & Spiritus Sancta) iuxta Bonifacij dictum talis non eſſet rebaptizandus, ſed Baptizatus eſt reputandus, ſicuti, ſi vetula quædam ex ſimplicitate

 cor-

corrumperet verba orationis dominicæ, non propter hoc eius oratio inutilis esset dicenda: Si autem quidpiam fermè addatur, siue in principio, medio, vel fine, credens illud esse de essentia formæ, vt dicendo (Ego te Baptizo in Nomine Patris, & Beatæ Mariæ Virginis, Petri fidelis, &c. talis non est Baptizatus, quia virtus Baptismi creaturis attribueretur, quod nefas est dicere: Si autem verbis formæ prolatis iuxta institutionem, vt dicendo, Beata Virgo custodiat puerum istum nihil impedit, quin sit Baptizatus: si autem transmutentur verba formæ, per quam transmutationem, non tollatur verborum sensus, nihil prohibet verum esse Baptisma, secus, si variet intellectum. Et in Baptismo semper seruata fuit forma intelligibilis; sed non semper sensibilis. Et non desunt rationes, quare potius Baptismi forma in Nomine Trinitatis instituta fuerit, & non alia; Patetq; expresse formam Latinorum, & Græcorum non eandem esse, nec quantùm ad sensibilem, nec quantùm ad intelligibilem. Si autem quispiam in vna Ecclesia Baptizans, alterius forma vteretur, quia securior pars in talibus est eligenda, dicunt aliqui, quòd talis saltem sub conditione esset rebaptizandus (Verbi gratia) Si Græcus in sua Ecclesia Baptizaret in forma Latinæ, & è contra. Quærenti autem an Baptizando aspergere, vel immergere debeat. Respondendum, quòd vtrunq; quandoq; contigit. Circa autem trinam aspersionem, immersionemuè Eccle-

 siæ,

siæ, consuetudo seruanda est; tametsi congruentius, ter, quàm semel. Et posito casu, quod quis bis, aut quater immergeret, vel aspergeret, quamuis talis sic Baptizans grauiter peccaret, nihilominus alijs ad Baptismum de necessitate requisitis seruatis, talis pro Baptizato habendus est. Et magis trina, quàm bina, vel quaterna immersio, vel aspersio Baptismo conuenit, tàm ad signandum, quàm ad efficiendum, & figurandum, purgandumq;, & gratificandum. Insuper si facta vna immersione puer decederet, credendum est gratiam Summi Sacerdotis supplere, & pro Baptizato habendus est. Idem dicendum si vna aspersione facta proferentur verba Sacramenti. Quando cum actu exercito verbum accedit ad elementum, & quamdiù, vt huiusce verbi prolatio cum huiusmodi immersione durat. Incipit esse Sacramentum, & desinit esse aqua; & etiam eius virtus. Tametsi absq; hoc, quod Christus Baptizatus esset, eundem effectum, quem nunc habet, Baptismus haberet, nihilominus, vt totum ordinatè, decenterq; fieret, voluit, vt ex contactu suæ carnis, aqua vim regenerandi haberet. A Passione, & à Resurrectione Baptismus suam virtutem habet. A Passione tamen propriùs, Et data fuit Christo in Baptismate potestas dimittendi peccata non vnde homo, sed vnde Deus.

QVAE-

QVÆSTIO IX.

De Potestate Baptizandi.

POtestas autem Baptismi, siue Baptizandi quam Christus ministris suis dare potuit, nec voluit, fuit potestas inuocationis, vt. s. ad inuocationem nominis Petri, Ioannis, vel alterius quis Baptizaretur. Idq; nè Baptismi, & Ecclesiæ vnitas dissolueretur. Et quicquid arbitrentur quidam potestatem cooperationis in ablutione interiori Baptismi Ministris nequaquam Deus conferre potest. Cùm gratia ab ipso immediatè sit, subiectumq; gratiæ susceptioni paratum ei immediatè adhæreat.

Et quod dixit Ioannes Baptista, ego nesciebam eum, idem est dictu, ac si diceretur, antea non ita plenè cognoui, sicut modo cognosco. Ex officio, solis Sacerdotibus conuenit Baptizare, in necessitate autem, & alijs. Nec malitia ministri obstabit, quòminus ille plenum Baptismi effectum consequatur, quoniã Deus principaliter in Baptismo operatur. Cumq; Baptismi Sacramentum, necessitatis sit Sacramentum, non peccat malus Sacerdos Baptizando, si ei ex officio incumbat. Et æqualiter datur Baptismus à bono, maloq; Sacerdote, sicut, & virtus Christi ratione cuius datur, & æqualiter sese ad omnes habet. Et nulli dubium esse debet, quod Hæretici in forma Ecclesię Baptizantes, ac facere intendentes, quod Ecclesia facit verum con-

ferant baptiſma. Et quamuis Hæreticus articulum de baptiſmo præcisè diſcrederet, dummodo formam Sacramenti Baptiſmi, effectumq; eius ſaltem indiſtinctè intendat, baptizat. Nec in hęreſim labentes ius baptizandi amittunt ex ordine Sacerdotali, licèt ex Eccleſiaſticę fidei diuiſione, & vitæ incongruitate. Et qui nunquam crediderunt baptizare poſſunt, ſed in neceſſitatis articulo. Nullactenusq; Dęmon baptizare poteſt, etiam ſi conferre intenderet, quod Eccleſia confert, tùm quia intentione eſt peruerſus, tùm quia ab Eccleſia alienus, & ad huiuſmodi munus omnino incongruus. Et quidem ratione carentes, verbi gratia, ebrij baptizare poſſunt ſi lucida habuerint interualla, verbaq; corrupta penitus non protulerint. Pluresq; poſſunt eundem baptizare, ſed nō debent, cuius propoſitionis ſęnſus verus eſt, ſi vnusquiſq; illorum totum, quod neceſſarium eſt ad baptiſmum perfectè fecerit, & nemo dubitare debet, vnum ſimul plures baptizare poſſe, ſed non niſi in caſu neceſſitatis, & cum alius ſit generans, & alius generatus, nullus ſe ipſum baptizare poteſt, & quia paruuli labis primorum parentum ſuſceptibiles ſunt, & remedij illius deletiui ſuſceptibiles eſſe debent. In vtero tamen Matris exiſtentes, nec de ſe, nec ratione alterius baptizari poſſunt paruuli, quandoquidem nullus renaſci poſſit, niſi priùs natus fuerit; ſecus autem dicendum eſt, ſi pars principalis corporis paruuli appareat, & in articulo neceſſitatis.

Nec

Nec parturiens pro foetus salute in mortis articulo est incidenda; Cum de Matris morte constet; haud de paruuli vita. Nec ad finem vitæ, nec ad adultam ætatem differendus est baptismus, nè aut à morte ex insperato rapiamur, aut spe baptismatis in peccatis in dies deteriores efficiamur. Quod quidem Sacramentum tàm est omnibus necessarium, vt etiam in vtero Sanctificatus eo indigeat, non quia Sanctificatio non sufficiat, sed vt obediens, humilis, & vnus cum alijs Christi membris appareat. Et nullus inuitè, aut coactè coactione sufficienti baptizatur; secùs si coactione inducente. Vnde concedendum est, quod adultus accedens ad baptismum, absq; contritione non sit baptizatus. Fides insuper Ecclesiæ requiritur, in qua exhibeatur baptismus, & nullus credere debet, quòd fictio impediat Sacramenti susceptionem, quàmuis impediat rem baptismi manente fictione. Adultiq; qui originali peccato propria superaddidere tenentur credere, & plus in eis requiritur, quàm in paruulis vsum rationis non habentibus, & tantùm originale peccatū. Et non est necesse offerentem fidem habere, sed sufficit fides Ecclesię, & fictus contemnens baptismum, si baptizetur recipit Sacramentum, sed non rem. Si subijciat se ministerio baptismali, & habeat intentionem Ecclesiæ. Et recedente fictione eandem efficaciam baptismus habet, quàm prius habuisset. Et quamuis baptismus, & poenitentia habeant efficaciam à passio-

ne

ne Christi; non tamen communiter in pœnitentia remittitur tota pœna, sicut in baptismo, cuius efficacia tantùm inititur gratiæ; pœnitentiæ autem etiam actibus pœnitentis. Amentes verò, ac dormientes baptizandi, & non baptizandi sunt iuxta propositum, quod ante somnum, & amentiam habuerunt.

QVAESTIO X.
De Charactere.

QVoniam autem non solùm in Sacramento baptismi character imprimitur; verùm etiam in confirmatione, & ordine; meritò videndum est, quid nam sit character; & dicendum secundùm Beatũ Dionysium, quod secundùm rationem est signum suorum communionis fidei, & Sanctæ ordinationis datum accedens ad Ierarcham; secundùm autem rem est habitus quidam relucens in anima perpetuò impressus, quo discernitur fuisse Sanctificatio baptismi, & aliorum duorum Sacramentorum susceptio, & est ad significandum, assimilandum, disponendum, & distinguendũ. Et inest animæ non secundùm se, sed secundùm eius potentias, & maximè cognitiuam. Et imprimitur ab interius operante indelebiliterq; ; & id ex propria sua natura, atq; conditione in baptismo, in aqua, & Spiritu Sancto facto necessarijs seruatis, cuius effectus est ad gratiam habilitare quantùm est ex se. Et tàm character

racter Dei, quàm character Diaboli sunt in eadem anima, & secundùm eandem vim. Et si quis character ponatur in Christo non creatus, sed increatus dicendus est, siquidem illo nec indiguit, nec habere debuit. Et tantæ virtutis est Sacramẽtum Baptismi, quod omnem culpam delet originalem, & actualem, sed primã per se, secundam verò contritione comite.

QVÆSTIO XI.

De effectu Baptismi.

PAruulis in baptismo meritò Passionis Christi offerentium fide, Sacramentiq; virtute, & gratia Sanctificationis, siuè purgationis à peccato originali, & virtutes pariter conferuntur; Veruntamen has secundùm habitum, non secundùm actum conferri intelligas. Et virtutes in baptismo augentur, at secũdum effectus. Gratiaq; baptismalis quantùm ad effectum remissionis culpæ ex vi Sacramenti æqualiter omnibus baptizatis in baptismo confertur; Secùs autem quò ad effectum dimissionis pœnæ, vel ordinis in bonum respectu meriti; idq; pro varia suscipientis conditione. Confertur. insuper in baptismate etiam illuminatio; verùm non omnis, sed quæ baptismalis propriè appellatur. Et fœcundatio effectus est baptismi, si dicatur virtutum, & donorum susceptio; Secùs autem si actuum, & operum plenitudo. Fit & per baptismum in-

cor-

corporatio Christi, sed alia quàm per Eucharistiæ Sacramentum. Et Ianua Cœli aperitur, ita quod impedimentum ingressus ad illum per eum tollitur. & quęrenti an præter Baptismum aquæ, & Spiritus, alij Baptismi .i. sanguinis, & fidei Sacramenta sint dicenda, procul dubio communiter loquendo concedi potest. Possent & alia baptismatum genera assignari, puta, trāsitus Iordanis, Mare Æneum, Probatica Piscina, &c. Sed longè recensitis incongruentiora. Et omnia alia baptismata, spiritus, & aquæ Baptisma præfigurauerunt. Et vterq; Baptismus, tàm sanguinis, quàm pœnitentiæ baptismi aquæ, & spiritus, vices gerunt. Duoq; dicta baptismata, idest sanguinis, & pœnitentiæ ad salutem sufficiunt, dummodo illud aquæ, & spiritus non contemnatur, sed saltem in voto habeatur. Baptismusq; aquæ illo sanguine pręheminentior simpliciter dicendus est. Baptisma Ioannis, cùm inter omnia baptismata vetera magis disposuerit ad bonum pręheminentius ijs omnibus iudicandum est, Verùtamen inter lustrationis, quæ cuncta illa aqua excelluit, quippè qua aqua, spiritus, & virtus passionis Christi significaretur. Et extra Ecclesiam fit verum baptisma, & ad salutem sufficiens, nisi obex ex parte suscipientis obsit. Ac tale Baptismi Sacramentum irreiterabile est, tùm ratione morbi, qui erat irreiterabilis, tùm ratione passionis Christi aquā virtutem habet, & ne huic Sacramento iniuria inferretur.

QVAE-

QVAESTIO XII.

De Sacramento confirmationis.

ALiquid de eo dicturi in Ciuitate Meldensi, illud institutum fuisse affirmamus Spiritu Sancto instigante, & virtutem sanctificandi praestante. In quo Sacramento opus est materiam esse, vt homo humilietur, & Ecclesia in suis Sacramentis vniformis reperiretur. Et hęc materia est Chrisma ex oleo oliuarum, & ex balsamo confectum, in quorum primo gratię roborantis infusio signatur: & in secundo odor bonae famae. Et necessario requiritur tale Chrisma consecratum esse, vt huius Sacramenti materia sufficiens sit. Et sicut in alijs Sacramentis exigitur aliqua forma verborum, ita & in hoc. Quae est à Romana Ecclesia visitata, idest consigno te signo Crucis, & confirmo te chrismate salutis, In Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen. Et haec illa aptissima est, quae à Romana Ecclesia visitatur, nihilominus & aliae tolerari possunt, dummodo consignationis expressio, & confirmationis materia, inuocatioq; Trinitatis in eis adsint. Et cùm eadem ratio virtutis in hoc Sacramento sit, quae & in alijs, si aliae à virtute verborum formae virtutem habeant, ita & pręsens. Huiusmodiq; plures sunt vtilitates .i. armare, instruere cõformare ad aerumna vitae, & praelia sustinenda.

Necessariumq; est ad salutem, non simpliciter, sed

secundùm quid .i. ne ipsius contemptus interueniat. In quo Sacramento, non solùm gratia Baptismalis augetur, sed etiam noua per essentiam datur. Nec ab aliquo dicendum est, Baptismum præcedere, & confirmationem subsequi. Ac diuersa ratione Baptismus, atq; confirmatio maius gratiæ munus suscipientibus conferunt. Affirmandumq; ab omnibus est, non cõfirmatum haud confirmare posse. Et confirmare conuenit ijs, qui dignitatem, & auctoritatem in Ecclesia habent, idest Episcopis. In illa autem difficultate tàm ardua, dimissis opinionibus extremis, dicendum est, Papam posse demandare simplici Sacerdoti auctoritatem confirmandi, quam exequens propter obedientiã confirmabit, & ille erit confirmatus: Vnicuiq; autem arbitror dicendum non posse demandare. Et tàm masculi, quàm fœmellæ, tàm diuites, quàm pauperes, & breuiter omnes debent confirmari propter gratiæ augmentum. Et cùm Baptismus confirmationem præcedat, non Baptizatus minimè confirmari potest; quod si factum fuerit asserendum est, nec Sacramentum, nec rem Sacramenti suscepisse. Sicut nec etiam non confirmatus confirmandum tenere non potest. Mulier confirmata confirmandum tenere potest; Et indifferenter sexus sexum, vt vir mulierem, & mulier virum tenere potest, quamuis apud aliquos ad euitandum scandalum affinitatis sexuum discretio attendatur. Christus autem confirmari non indiguit, quia ab in-

ſtanti conceptionis gratiæ plenus fuit. Et propter vitandum periculum præuentus mortis, ex quo multa, tàm proli, quàm parentibus prouenirent incommoda, puerilis ætas ad huiuſmodi Sacramenti ſuſceptionem aptata eſſe videtur. Et confirmati ſub diſciplina chriſmatis eſſe debent ſeptem diebus iuxta ſeptem Spiritus Sancti dona in eo accepta. Et in fronte confirmandus vngendus eſt, vtpotè ſede verecundiæ, & parte corporis eminentiori, atq; portentiore. Nemoq; negare debet confirmationis Sacramentum irreiterabile eſſe ratione characteris, quem imprimit ratione conſecrationis, ratione morbi, quem tollit, tandemq; ratione Baptiſmi, quem ſtabilit. In quo confitentur omnes catholici Doctores characterem imprimi.

QVÆSTIO XIII.
De Sacramento Euchariſtiæ.

SAcramentum Euchariſtiæ præfigurari debuiſſe omnes catholicè ſentientes aſſeuerare debent ratione dignitatis, difficultatis, & demum ratione ſignationis. Congruumq; fuit prædictis rationibus non tantùm vna figura, ſed pluribus, atq; pluribus tantùm, tàmq; nobile, ac dignum Sacramentum præfigurari, quæ etſi à Magiſtro ſententiarum quatuor eſſe affirmentur, & fortè potiores, & principaliores; octo tamen ſecundũ alios fuiſſe dicuntur.i. oblatio Melchiſedech, Agnus

Paſchalis, Manna, Aqua de petra in deſerto effluxa, Sacrificia, Hędus Gedęon, vel Manuæ, Fauus mellis Ionathę, & aqua à latere Chriſti in cruce deriuata. Cum verò tàm Baptiſmi Sacramentum, quàm Eucharistiæ fuerit præfiguratum, nulli dubium eſſe debet, Baptiſmi figuras, illas Sacramenti Euchariſtię præceſſiſſe, ſi interius conſiderentur, & pręcipuè quędam. Quod & ſi tempore legis naturæ, ac ſcriptæ fuerit pręfiguratum perfectiùs tamen ab illis legis ſcriptæ, & ab illis, quæ fuerunt huiuſmodi Sacraméto propinquiores. Nec ab initio legis naturæ Sacramentum hoc inſtitui debuit, ſiquidem hoc nec ordo, nec ratio diuinæ Iuſtitię expoſcebat. Nec tempore legis Moyſi cum lex illa timoris eſſet, hoc autem Sacramentum maximi amoris. Conſonum autem fuit in lege Euangelica à Domino Ieſu Chriſto pręſens Sacramentum inſtitui. Ad quod tametſi plura concurrant, tamen Sacramentum vnum dicendum eſt ab vnitate inſtitutionis, ab vnitate effectus, & ab vnitate finis, ad quem dirigit. Et ideo ſub duplici ſpecie conficitur, quia duplex eſt inſtitutionis eius ratio, duplex myſticum, duplex nam contenta, duplex modus ſumendi, duplex immolatio, duplexq; deniq; eiuſdem effectus. Si autem ſpecies huius Sacramenti, vel ijs contentum verius dicendum ſit Sacramentum, alia, & alia ratione dici poſſunt, tùm hoc, tùm illæ.

QVAE-

QVAESTIO XIV.

De materia Eucharistiæ.

ET multiplici ratione Eucharistiæ Sacramentum confici debet de materia panis, & vini; Magisq; in pane triticeo, quàm alio, tùm ratione expressioris significationis, comparationis Christi met, atq; institutionis, tandemq; ratione conuenientioris, atq; expressioris cum priscis figuris. Et in azimo iuxta latinorum Ecclesiam confici magis approbatur, quamuis & etiam in fermentato, vt Ecclesia græca dicit, conficiatur. Nec ex omni genere panis Sacramentum hoc confici potest; sed ex triticeo tantùm. Nec omnis aqua vino apponēda est, sed naturalis, & in tanta quãtitate, quod vinum etiam absorbere, & consummere possit. Et licèt aqua vino non fuisset apposita proculdubio consecratio facta fuisset, ille tamen grauiter redarguendus esset. Ita & non in omni vino conficiendum est, sed in illo tantùm vitis, tùm quia Christus se viti comparauit; tùm quia in illo confecit. In aceto verò iuxta quantitatem summã, aut imanacredinis, & confici, & non confici poterit sanguis, veluti in musto confici dici potest, in agresta minimè.

QVÆSTIO XV.

De forma Eucharistiæ.

ET forma transubstantiationis panis in corpus

Christi

ferant baptiſma. Et quamuis Hæreticus articulum de baptiſmo præcisè diſcrederet, dummodo formam Sacramenti Baptiſmi, effectumq; eius ſaltem indiſtinctè intendat, baptizat. Nec in hęreſim labentes ius baptizandi amittunt ex ordine Sacerdotali, licèt ex Eccleſiaſticę fidei diuiſione, & vitæ incongruitate. Et qui nunquam crediderunt baptizare poſſunt, ſed in neceſſitatis articulo. Nullatenusq; Dęmon baptizare poteſt, etiam ſi conferre intenderet, quod Eccleſia confert, tùm quia intentione eſt peruerſus, tùm quia ab Eccleſia alienus, & ad huiuſmodi munus omnino incongruus. Et quidem ratione carentes, verbi gratia, ebrij baptizare poſſunt ſi lucida habuerint interualla, verbaq; corrupta penitus non protulerint. Pluresq; poſſunt eundem baptizare, ſed nō debent, cuius propoſitionis ſenſus verus eſt, ſi vnusquiſq; illorum totum, quod neceſſarium eſt ad baptiſmum perfectè fecerit, & nemo dubitare debet, vnum ſimul plures baptizare poſſe, ſed non niſi in caſu neceſſitatis, & cùm alius ſit generans, & alius generatus, nullus ſe ipſum baptizare poteſt, & quia paruuli labis primorum parentum ſuſceptibiles ſunt, & remedij illius deletiui ſuſceptibiles eſſe debent. In vtero tamen Matris exiſtentes, nec de ſe, nec ratione alterius baptizari poſſunt paruuli, quandoquidem nullus renaſci poſſit, niſi prius natus fuerit; ſecus autem dicendum eſt, ſi pars principalis corporis paruuli appareat, & in articulo neceſſitatis.

Nec

Nec parturiens pro fœtus salute in mortis articulo est incidenda; Cum de Matris morte constet, haud de paruuli vita. Nec ad finem vitæ, nec ad adultam ætatem differendus est baptismus, nè aut à morte ex insperato rapiamur, aut spe baptismatis in peccatis in dies deteriores efficiamur. Quod quidem Sacramentum tàm est omnibus necessarium, vt etiam in vtero Sanctificatus eo indigeat, non quia Sanctificatio non sufficiat, sed vt obediens, humilis, & vnus cum alijs Christi membris appareat. Et nullus inuitè, aut coactè coactione sufficienti baptizatur; secùs si coactione inducente. Vnde concedendum est, quod adultus accedens ad baptismum, absq; contritione non sit baptizatus. Fides insuper Ecclesiæ requiritur, in qua exhibeatur baptismus, & nullus credere debet, quòd fictio impediat Sacramenti susceptionem, quàmuis impediat rem baptismi manente fictione. Adultiq; qui originali peccato propria superaddidere tenentur credere; & plùs in eis requiritur, quàm in paruulis vsum rationis non habentibus, & tantùm originale peccatũ. Et non est necesse offerentem fidem habere, sed sufficit fides Ecclesię, & fictus contemnens baptismum, si baptizetur recipit Sacramentum, sed non rem. Si subijciat se ministerio baptismali, & habeat intentionem Ecclesiæ. Et recedente fictione eandem efficaciam baptismus habet, quàm prius habuisset. Et quamuis baptismus, & pœnitentia habeant efficaciam à passio-

ne Christi; non tamen communiter in pœnitentia remittitur tota pœna, sicut in baptiſmo, cuius efficacia tantùm inititur gratiæ; pœnitentiæ autem etiam actibus pœnitentis. Amentes verò, ac dormientes baptizandi, & non baptizandi ſunt iuxta propoſitum, quod ante ſomnum, & amentiam habuerunt.

QVAESTIO X.
De Charactere.

QVoniam autem non ſolùm in Sacramento baptiſmi character imprimitur, verùm etiam in confirmatione, & ordine; meritò videndum eſt, quid nam ſit character; & dicendum ſecundùm Beatũ Dionyſium, quod ſecundùm rationem eſt ſignum ſuorum communionis fidei, & Sanctæ ordinationis datum accedens ad Ierarcham; ſecundùm autem rem eſt habitus quidam relucens in anima perpetuò impreſſus, quo diſcernitur fuiſſe Sanctificatio baptiſmi, & aliorum duorum Sacramentorum ſuſceptio, & eſt ad ſignificandum, aſſimilandum, diſponendum, & diſtinguendũ. Et ineſt animæ non ſecundùm ſe, ſed ſecundùm eius potentias, & maximè cognitiuam. Et imprimitur ab interius operante indelebiliterq;; & id ex propria ſua natura, atq; conditione in baptiſmo, in aqua, & Spiritu Sancto facto neceſſarijs ſeruatis, cuius effectus eſt ad gratiam habilitare quantùm eſt ex ſe. Et tàm cha-

racter Dei, quàm character Diaboli sunt in eadem anima, & secundùm eandem vim. Et si quis character ponatur in Christo non creatus, sed increatus dicendus est, siquidem illo nec indiguit, nec habere debuit. Et tantæ virtutis est Sacramētum Baptismi; quod omnem culpam delet originalem, & actualem, sed primā per se, secundam verò contritione comite.

QVÆSTIO XI.

De effectu Baptismi.

PAruulis in baptismo meritò Passionis Christi offerentium fide, Sacramentiq; virtute, & gratia Sanctificationis, siuè purgationis à peccato originali; & virtutes pariter conferuntur; Verumtamen has secundùm habitum, non secundùm actum conferri intelligas. Et virtutes in baptismo augentur, at secūdum effectus. Gratiaq; baptismalis quantùm ad effectum remissionis culpæ ex vi Sacramenti æqualiter omnibus baptizatis in baptismo confertur; Secùs autem quò ad effectum dimissionis pœnæ, vel ordinis in bonum respectu meriti; idq; pro varia suscipientis conditione. Confertur. insuper in baptismate etiam illuminatio; verùm non omnis, sed quæ baptismalis propriè appellatur. Et fœcundatio effectus est baptismi, si dicatur virtutum, & donorum susceptio; Secùs autem si actuum, & operum plenitudo. Fit & per baptismum incor-

corporatio Christi, sed alia quàm per Eucharistiæ Sacramentum. Et Ianua Cœli aperitur, ità quod impedimentum ingressus ad illum per eum tollitur. & quęrenti an præter Baptismum aquæ, & Spiritus, alij Baptismi .i. sanguinis, & fidei Sacramenta sint dicenda, procul dubio communiter loquendo concedi potest. Possent & alia baptismatum genera assignari, puta, trãsitus Iordanis, Mare Æneum, Probatica Piscina, &c. Sed longè recensitis incongruentiora. Et omnia alia baptismata, spiritus, & aquæ Baptisma præfigurauerunt. Et vterq; Baptismus, tàm sanguinis, quàm pœnitentiæ baptismi aquæ, & spiritus, vices gerunt. Duo q; dicta baptismata, idest sanguinis, & pœnitentiæ ad salutem sufficiunt, dummodo illud aquæ, & spiritus non contemnatur, sed saltem in voto habeatur. Baptismusq; aquæ illo sanguine pręheminentior simpliciter dicendus est. Baptisma Ioannis, cùm inter omnia baptismata vetera magis disposuerit ad bonum pręheminentius ijs omnibus iudicandum est, Verùtamen inter lustrationis, quæ cuncta illa aqua excelluit, quippè qua aqua, spiritus, & virtus passionis Christi significaretur. Et extra Ecclesiam fit verum baptisma, & ad salutem sufficiens, nisi obex ex parte suscipientis obsit. Ac tale Baptismi Sacramentum irreiterabile est, tùm ratione morbi, qui erat irreiterabilis, tùm ratione passionis Christi aqua virtutem habet, & ne huic Sacramento iniuria inferretur.

QVAE-

QVAESTIO XII.

De Sacramento confirmationis.

ALiquid de eo dicturi in Ciuitate Meldensi, illud institutum fuisse affirmamus Spiritu Sancto instigante, & virtutem sanctificandi præstante. In quo Sacramento opus est materiam esse, vt homo humilietur, & Ecclesia in suis Sacramentis vniformis reperiretur. Et hęc materia est Chrisma ex oleo oliuarum, & ex balsamo confectum, in quorum primo gratię roborantis infusio signatur: & in secundo odor bonæ famæ. Et necessario requiritur tale Chrisma consecratum esse, vt huius Sacramenti materia sufficiens sit. Et sicut in alijs Sacramentis exigitur aliqua forma verborum, ita & in hoc. Quæ est à Romana Ecclesia vsitata, idest consigno te signo Crucis, & confirmo te chrismate salutis, In Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen. Et hæc illa aptissima est, quæ à Romana Ecclesia vsitatur, nihilominus & aliæ tolerari possunt, dummodo consignationis expressio, & confirmationis materia, inuocatioq; Trinitatis in eis adsint. Et cùm eadem ratio virtutis in hoc Sacramento sit, quæ & in alijs, si aliæ à virtute verborum formæ virtutem habeant, ita & pręsens. Huiusmodiq; plures sunt vtilitates .i. armare, instruere cõformare ad ærumna vitæ, & prælia sustinenda.

Necessariumq; est ad salutem, non simpliciter, sed

secundùm quid .i. ne ipsius contemptus interueniat. In quo Sacramento, non solùm gratia Baptismalis augetur, sed etiam noua per essentiam datur. Nec ab aliquo dicendum est; Baptismum præcedere, & confirmationem subsequi. Ac diuersa ratione Baptismus, atq; confirmatio maius gratiæ munus suscipientibus conferunt. Affirmandumq; ab omnibus est, non cõfirmatum haud confirmare posse. Et confirmare conuenit ijs, qui dignitatem, & auctoritatem in Ecclesia habent, idest Episcopis. In illa autem difficultate tàm ardua, dimissis opinionibus extremis, dicendum est, Papam posse demandare simplici Sacerdoti auctoritatem confirmandi, quam exequens propter obedientiã confirmabit, & ille erit confirmatus: Vnicuiq; autem arbitror dicendum non posse demandare. Et tàm masculi, quàm fœmellæ, tàm diuites, quàm pauperes, & breuiter omnes debent confirmari propter gratiæ augmentum. Et cùm Baptismus confirmationem præcedat, non Baptizatus minimè confirmari potest, quod si factum fuerit asserendum est, nec Sacramentum, nec rem Sacramenti suscepisse; Sicut nec etiam non confirmatus confirmandum tenere non potest. Mulier confirmata confirmandum tenere potest; Et indifferenter sexus sexum, vt vir mulierem, & mulier virum tenere potest, quamuis apud aliquos ad euitandum scandalum affinitatis sexuum discretio attendatur, Christus autem confirmari non indiguit, quia ab in-
stanti

ſtanti conceptionis gratiæ plenus fuit. Et propter vitandum periculum præuentus mortis, ex quo multa, tàm proli, quàm parentibus prouenirent incommoda, puerilis ætas ad huiuſmodi Sacramenti ſuſceptionem aptata eſſe videtur. Et confirmati ſub diſciplina chriſmatis eſſe debent ſeptem diebus iuxta ſeptem Spiritus Sancti dona in eo accepta. Et in fronte confirmandus vngendus eſt, vtpotè ſede verecundiæ, & parte corporis eminentiori, atq; portentiore. Nemoq; negare debet confirmationis Sacramentum irreiterabile eſſe ratione characteris, quem imprimit ratione conſecrationis, ratione morbi, quem tollit, tandemq; ratione Baptiſmi, quem ſtabilit. In quo confitentur omnes catholici Doctores characterem imprimi.

QVÆSTIO XIII.
De Sacramento Euchariſtiæ.

SAcramentum Euchariſtiæ præfigurari debuiſſe omnes catholicè ſentientes aſſeuerare debent ratione dignitatis, difficultatis, & demum ratione ſignationis. Congruumq; fuit prædictis rationibus non tantùm vna figura, ſed pluribus, atq; pluribus tantùm, tàmq; nobile, ac dignum Sacramentum præfigurari, quæ etſi à Magiſtro ſententiarum quatuor eſſe affirmentur, & fortè potiores, & principaliores; octo tamen ſecundũ alios fuiſſe dicuntur .i. oblatio Melchiſedech, Agnus

siæ, consuetudo seruanda est; tametsi congruentius, ter, quàm semel. Et posito casu, quod quis bis, aut quater immergeret, vel aspergeret, quamuis talis sic Baptizans grauiter peccaret, nihilominus alijs ad Baptismum de necessitate requisitis seruatis, talis pro Baptizato habendus est. Et magis trina, quàm bina, vel quaterna immersio, vel aspersio Baptismo conuenit, tàm ad signandum, quàm ad efficiendum, & figurandum, purgandumq; & gratificandum. Insuper si facta vna immersione puer decederet, credendum est gratiam Summi Sacerdotis supplere, & pro Baptizato habendus est. Idem dicendum si vna aspersione facta profererentur verba Sacramenti. Quando cum actu exercito verbum accedit ad elementum, & quamdiù, vt huiusce verbi prolatio cum huiusmodi immersione durat. Incipit esse Sacramentum, & desinit esse aqua; & etiam eius virtus. Tametsi absq; hoc, quod Christus Baptizatus esset, eundem effectum, quem nunc habet, Baptismus haberet, nihilominus, vt totum ordinatè, decenterq; fieret, voluit, vt ex contactu suæ carnis, aqua vim regenerandi haberet. A Passione, & à Resurrectione Baptismus suam virtutem habet. A Passione tamen propriùs, Et data fuit Christo in Baptismate potestas dimittendi peccata non vnde homo, sed vnde Deus.

QVAE-

QVÆSTIO IX.
De Potestate Baptizandi.

POtestas autem Baptismi, siue Baptizandi quam Christus ministris suis dare potuit, nec voluit, fuit potestas inuocationis, vt. s. ad inuocationem nominis Petri, Ioannis, vel alterius quis Baptizaretur. Idq; nè Baptismi, & Ecclesiæ vnitas dissolueretur. Et quicquid arbitrentur quidam potestatem cooperationis in ablutione interiori Baptismi Ministris nequaquam Deus conferre potest. Cùm gratia ab ipso immediatè sit, subiectumq; gratiæ susceptioni paratum ei immediatè adhæreat.

Et quod dixit Ioannes Baptista, ego nesciebam eum, idem est dictu, ac si diceretur, antea non ita plenè cognoui, sicut modo cognosco. Ex officio, solis Sacerdotibus conuenit Baptizare, in necessitate autem, & alijs. Nec malitia ministri obstabit, quòminus ille plenum Baptismi effectum consequatur, quoniã Deus principaliter in Baptismo operatur. Cumq; Baptismi Sacramentum, necessitatis sit Sacramentum, non peccat malus Sacerdos Baptizando, si ei ex officio incumbat. Et æqualiter datur Baptismus à bono, maloq; Sacerdote, sicut, & virtus Christi ratione cuius datur, & æqualiter sese ad omnes habet. Et nulli dubium esse debet, quod Hæretici in forma Ecclesię Baptizantes, ac facere intendentes, quod Ecclesia facit verum con-

ferant baptiſma. Et quamuis Hæreticus articulum de baptiſmo præcisè diſcrederet, dummodo formam Sacramenti Baptiſmi, effectumq; eius ſaltem indiſtinctè intendat, baptizat. Nec in hęreſim labentes ius baptizandi amittunt ex ordine Sacerdotali, licèt ex Eccleſiaſticę fidei diuiſione, & vitæ incongruitate. Et qui nunquam crediderunt baptizare poſſunt, ſed in neceſſitatis articulo. Nullactenusq; Dęmon baptizare poteſt, etiam ſi conferre intenderet, quod Eccleſia confert, tùm quia intentione eſt peruerſus, tùm quia ab Eccleſia alienus, & ad huiuſmodi munus omnino incongruus. Et quidem ratione carentes, verbi gratia, ebrij baptizare poſſunt ſi lucida habuerint interualla, verbaq; corrupta penitus non protulerint. Pluresq; poſſunt eundem baptizare, ſed nō debent, cuius propoſitionis ſenſus verus eſt, ſi vnusquiſq; illorum totum, quod neceſſarium eſt ad baptiſmum perfectè fecerit, & nemo dubitare debet, vnum ſimul plures baptizare poſſe, ſed non niſi in caſu neceſſitatis, & cum alius ſit generans, & alius generatus, nullus ſe ipſum baptizare poteſt, & quia paruuli labis primorum parentum ſuſceptibiles ſunt, & remedij illius deletiui ſuſceptibiles eſſe debent. In vtero tamen Matris exiſtentes, nec de ſe, nec ratione alterius baptizari poſſunt paruuli, quandoquidem nullus renaſci poſſit, niſi priùs natus fuerit; ſecus autem dicendum eſt, ſi pars principalis corporis paruuli appareat, & in articulo neceſſitatis.

Nec

Nec parturiens pro fœtus salute in mortis articulo est incidenda; Cum de Matris morte constet, haud de paruuli vita. Nec ad finem vitæ, nec ad adultam ætatem differendus est baptismus, ne aut à morte ex insperato rapiamur, aut spe baptismatis in peccatis in dies deteriores efficiamur. Quod quidem Sacramentum tàm est omnibus necessarium, vt etiam in vtero Sanctificatus eò indigeat, non quia Sanctificatio non sufficiat, sed vt obediens, humilis, & vnus cum alijs Christi membris appareat. Et nullus inuitè, aut coactè coactione sufficienti baptizatur; secùs si coactione inducente. Vnde concedendum est, quod adultus accedens ad baptismum, absq; contritione non sit baptizatus. Fides insuper Ecclesiæ requiritur, in qua exhibeatur baptismus, & nullus credere debet, quòd fictio impediat Sacramenti susceptionem, quàmuis impediat rem baptismi manente fictione. Adultiq; qui originali peccato propria superaddidere tenentur credere, & plus in eis requiritur, quàm in paruulis vsum rationis non habentibus, & tantùm originale peccatũ. Et non est necesse offerentem fidem habere, sed sufficit fides Ecclesię, & fictus contemnens baptismum, si baptizetur recipit Sacramentum, sed non rem. Si subijciat se ministerio baptismali, & habeat intentionem Ecclesiæ. Et recedente fictione eandem efficaciam baptismus habet, quàm prius habuisset. Et quamuis baptismus, & pœnitentia habeant efficaciam à passio-

ne Christi; non tamen communiter in pœnitentia remittitur tota pœna, sicut in baptismo, cuius efficacia tantùm initur gratiæ; pœnitentiæ autem etiam actibus pœnitentis. Amentes verò, ac dormientes baptizandi, & non baptizandi sunt iuxta propositum, quod ante somnum, & amentiam habuerunt.

QVAESTIO X.

De Charactere.

QVoniam autem non solùm in Sacramento baptismi character imprimitur; verùm etiam in confirmatione, & ordine; meritò videndum est, quid nam sit character; & dicendum secundùm Beatū Dionysium, quod secundùm rationem est signum suorum communionis fidei, & Sanctæ ordinationis datum accedens ad Ierarcham; secundùm autem rem est habitus quidam relucens in anima perpetuò impressus, quo discernitur fuisse Sanctificatio baptismi, & aliorum duorum Sacramentorum susceptio, & est ad significandum, assimilandum, disponendum, & distinguendū. Et inest animæ non secundùm se, sed secundùm eius potentias, & maximè cognitiuam. Et imprimitur ab interius operante indelebiliterq; ; & id ex propria sua natura, atq; conditione in baptismo, in aqua, & Spiritu Sancto facto necessarijs seruatis, cuius effectus est ad gratiam habilitare quantùm est ex se. Et tàm character

racter Dei, quàm character Diaboli sunt in eadem anima, & secundùm eandem vim. Et si quis character ponatur in Christo non creatus, sed increatus dicendus est, siquidem illo nec indiguit, nec habere debuit. Et tantæ virtutis est Sacramẽtum Baptismi; quod omnem culpam delet originalem, & actualem, sed primã per se, secundam verò contritione comite.

QVÆSTIO XI.

De effectu Baptismi.

PArvulis in baptismo meritò Passionis Christi offerentium fide, Sacramentiq; virtute, & gratia Sanctificationis, siuè purgationis à peccato originali; & virtutes pariter conferuntur; Veruntamen has secundùm habitum, non secundùm actum conferri intelligas. Et virtutes in baptismo augentur, at secũdum effectus. Gratiaq; baptismalis quantùm ad effectum remissionis culpæ ex vi Sacramenti æqualiter omnibus baptizatis in baptismo confertur; Secùs autem quò ad effectum dimissionis pœnæ, vel ordinis in bonum respectu meriti; idq; pro varia suscipientis conditione. Confertur. insuper in baptismate etiam illuminatio; verùm non omnis, sed quæ baptismalis propriè appellatur. Et fœcundatio effectus est baptismi, si dicatur virtutum, & donorum susceptio; Secùs autem si actuum, & operum plenitudo. Fit & per baptismum incor-

corporatio Christi, sed alia quàm per Eucharistiæ Sacramentum. Et Ianua Cœli aperitur, ita quod impedimentum ingressus ad illum per eum tollitur. & quęrenti an præter Baptismum aquæ, & Spiritus, alij Baptismi .i. sanguinis, & fidei Sacramenta sint dicenda, proculdubio communiter loquendo concedi potest. Possent & alia baptismatum genera assignari, puta, trãsitus Iordanis, Mare Æneum, Probatica Piscina, &c. Sed longè recensitis incongruentiora. Et omnia alia baptismata, spiritus, & aquæ Baptisma præfigurauerunt. Et vterq; Baptismus, tàm sanguinis, quàm pœnitentiæ baptismi aquæ, & spiritus, vices gerunt. Duoq; dicta baptismata, idest sanguinis, & pœnitentiæ ad salutem sufficiunt, dummodo illud aquæ, & spiritus non contemnatur, sed saltem in voto habeatur. Baptismusq; aquæ illo sanguine pręheminentior simpliciter dicendus est. Baptisma Ioannis, cùm inter omnia baptismata vetera magis disposuerit ad bonum pręheminentius ijs omnibus iudicandum est, Verùtamen inter lustrationis, quæ cuncta illa aqua excelluit, quippè qua aqua, spiritus, & virtus passionis Christi significaretur. Et extra Ecclesiam fit verum baptisma, & ad salutem sufficiens, nisi obex ex parte suscipientis obsit. Ac tale Baptismi Sacramentum irreiterabile est, tùm ratione morbi, qui erat irreiterabilis, tùm ratione passionis Christi aqua virtutem habet, & ne huic Sacramento iniuria inferretur.

QVAESTIO XII.

De Sacramento confirmationis.

ALiquid de eo dicturi in Ciuitate Meldensi, illud institutum fuisse affirmamus Spiritu Sancto instigante, & virtutem sanctificandi præstante. In quo Sacramento opus est materiam esse, vt homo humilietur, & Ecclesia in suis Sacramentis vniformis reperiretur. Et hęc materia est Chrisma ex oleo oliuarum, & ex balsamo confectum, in quorum primo gratię roborantis infusio signatur; & in secundo odor bonæ famæ. Et necessario requiritur tale Chrisma consecratum esse, vt huius Sacramenti materia sufficiens sit. Et sicut in alijs Sacramentis exigitur aliqua forma verborum, ita & in hoc. Quæ est à Romana Ecclesia vsitata, idest consigno te signo Crucis, & confirmo te chrismate salutis, In Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen. Et hæc illa aptissima est, quæ à Romana Ecclesia vsitatur, nihilominus & aliæ tolerari possunt, dummodo consignationis expressio, & confirmationis materia, inuocatioq; Trinitatis in eis adsint. Et cûm eadem ratio virtutis in hoc Sacramento sit, quæ & in alijs, si aliæ à virtute verborum formæ virtutem habeant, ita & pręsens. Huiusmodiq; plures sunt vtilitates .i. armare, instruere cõformare ad ærumna vitæ, & prælia sustinenda.

Necessariumq; est ad salutem, non simpliciter, sed

secundùm quid .i. ne ipsius contemptus interueniat. In quo Sacramento, non solùm gratia Baptismalis augetur, sed etiam noua per essentiam datur. Nec ab aliquo dicendum est; Baptismum præcedere, & confirmationem subsequi. Ac diuersa ratione Baptismus, atq; confirmatio maius gratiæ munus suscipientibus conferunt. Affirmandumq; ab omnibus est, non cõfirmatum haud confirmare posse. Et confirmare conuenit ijs, qui dignitatem, & auctoritatem in Ecclesia habent, idest Episcopis. In illa autem difficultate tàm ardua, dimissis opinionibus extremis, dicendum est, Papam posse demandare simplici Sacerdoti auctoritatem confirmandi, quam exequens propter obedientiā confirmabit, & ille erit confirmatus: Vnicuiq; autem arbitror dicendum non posse demandare. Et tàm masculi, quàm fœmellæ, tàm diuites, quàm pauperes, & breuiter omnes debent confirmari propter gratiæ augmentum. Et cùm Baptismus confirmationem precedat, non Baptizatus minimè confirmari potest; quod si factum fuerit asserendum est, nec Sacramentum, nec rem Sacramenti suscepisse; Sicut nec etiam non confirmatus confirmandum tenere non potest. Mulier confirmata confirmandum tenere potest; Et indifferenter sexus sexum, vt vir mulierem, & mulier virum tenere potest, quamuis apud aliquos ad euitandum scandalum affinitatis sexuum discretio attendatur, Christus autem confirmari non indiguit, quia ab in-

stanti

ſtanti conceptionis gratiæ plenus fuit. Et propter vitandum periculum præuentus mortis, ex quo multa, tàm proli, quàm parentibus prouenirent incommoda, puerilis ætas ad huiuſmodi Sacramenti ſuſceptionem aptata eſſe videtur. Et confirmati ſub diſciplina chriſmatis eſſe debent ſeptem diebus iuxta ſeptem Spiritus Sancti dona in eo accepta. Et in fronte confirmandus vngendus eſt, vtpotè ſede verecundiæ, & parte corporis eminentiori, atq; portentiore. Nemoq; negare debet confirmationis Sacramentum irreiterabile eſſe ratione characteris, quem imprimit ratione conſecrationis, ratione morbi, quem tollit, tandemq; ratione Baptiſmi, quem ſtabilit. In quo confitentur omnes catholici Doctores characterem imprimi.

QVÆSTIO XIII.
De Sacramento Euchariſtiæ.

SAcramentum Euchariſtiæ præfigurari debuiſſe omnes catholicè ſentientes aſſeuerare debent ratione dignitatis, difficultatis, & demum ratione ſignationis. Congruumq; fuit prędictis rationibus non tantùm vna figura, ſed pluribus, atq; pluribus tantùm, tàmq; nobile, ac dignum Sacramentum præfigurari, quæ etſi à Magiſtro ſententiarum quatuor eſſe affirmentur, & fortè potiores, & principaliores; octo tamen ſecundū alios fuiſſe dicuntur.i. oblatio Melchiſedech, Agnus

Paſchalis, Manna, Aqua de petra in deſerto effluxa, Sacrificia, Hędus Gedęon, vel Manuæ, Fauus mellis Ionathę, & aqua à latere Chriſti in cruce deriuata. Cum verò tàm Baptiſmi Sacramentum, quàm Euchariſtiæ fuerit præfiguratum, nulli dubium eſſe debet Baptiſmi figuras, illas Sacramenti Euchariſtię præceſſiſſe, ſi interius conſiderentur, & pręcipuè quędam. Quod & ſi tempore legis naturæ, ac ſcriptæ fuerit pręfiguratum perfectiùs tamen ab illis legis ſcriptæ, & ab illis, quæ fuerunt huiuſmodi Sacramēto propinquiores. Nec ab initio legis naturæ Sacramentum hoc inſtitui debuit, ſiquidem hoc nec ordo, nec ratio diuinæ Iuſtitię expoſcebat. Nec tempore legis Moyſi cum lex illa timoris eſſet, hoc autem Sacramentum maximi amoris. Conſonum autem fuit in lege Euangelica à Domino Ieſu Chriſto pręſens Sacramentum inſtitui. Ad quod tametſi plura concurrant, tamen Sacramentum vnum dicendum eſt ab vnitate inſtitutionis, ab vnitate effectus, & ab vnitate finis, ad quem dirigit. Et ideo ſub duplici ſpecie conficitur, quia duplex eſt inſtitutionis eius ratio, duplex myſticum, duplex nam contenta, duplex modus ſumendi, duplex immolatio, duplexq; deniq; eiuſdem effectus. Si autem ſpecies huius Sacramenti, vel ijs contentum verius dicendum ſit Sacramentum, alia, & alia ratione dici poſſunt, tùm hoc, tùm illæ.

QVAE-

QVAESTIO XIV.
De materia Eucharistiæ.

ET multiplici ratione Eucharistiæ Sacramentum confici debet de materia panis, & vini; Magisq; in pane triticeo, quàm alio, tùm ratione expressioris significationis, comparationis Christi met, atq; institutionis, tandemq; ratione conuenientioris, atq; expressioris cum priscis figuris. Et in azimo iuxta latinorum Ecclesiam confici magis approbatur, quamuis & etiam in fermentato, vt Ecclesia græca dicit, conficiatur. Nec ex omni genere panis Sacramentum hoc confici potest; sed ex triticeo tantùm. Nec omnis aqua vino aponēda est, sed naturalis, & in tanta quãtitate, quod vinum etiam absorbere, & consummere possit. Et licèt aqua vino non fuisset apposita proculdubio consecratio facta fuisset, ille tamen grauiter redarguendus esset. Ita & non in omni vino conficiendum est, sed in illo tantùm vitis, tùm quia Christus se viti comparauit; tùm quia in illo confecit. In aceto verò iuxta quantitatem summã, aut imanacredinis, & confici, & non confici poterit sanguis, veluti in musto confici dici potest, in agresta minimè.

QVÆSTIO XV.
De forma Eucharistiæ.

ET forma transubstantiationis panis in corpus Christi

Christi illa credenda est, in qua dicitur. Hoc est Corpus meum. Quibus verbis iuxta Euangeliorum textum, & Patrum testimonia, tunc etiam Christus confecit. Sed forma consecrationis sanguinis est, quæ traditur ab Ecclesia à Christo instituta, iuxta dictum Apostoli; ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis &c.

Angelus hostiam consecrare minimè potest, quia non est ei à Christo talis potestas data, & hoc quia non decuit. Nec Laicus quantumuis iustus cõsecrandi potestatem habet, cum talis sit ordini Sacerdotali annexa. Deceret quidem solos Episcopos consecrare, immò tantùm Summum Pontificem, nisi diuini cultus ampliatio, nostrorum defectuum reparatio, & alia plura aliter expeterent. Et quia non immeritò Sacerdotis consecrantis, sed in creatoris verbo, & Spiritus Sancti virtute conficitur; Ideo Sacerdotes etiam malos conficere perhibetur. Et quicquid dixerit Beatus Ciprianus Hæreticos, ac Scismaticos consecrare autumamus ex ordinis potestate, tametsi non ex officio executionis. Ita & etiam degradatos, quia ordinis charactere non priuantur. Et in locis non consecratis, nisi necessitas vrgeat, nullus consecrare audeat. Si verò à quoquam quæratur de hora consecrandi, dicendum est quod diuersis horis, iuxta temporum, dierum, & euentuum quorundam diuersitatem. Altareq; in quo consecrandum est lapideum esse debet, tùm quia durabi-

rabilius, & fortius, tùm quia Christus petra dictus est. In pannis lineis, & albis conficiendum est ob maioris munditiæ, & puritatis ostensionem. Nec in calice lapideo, ligneo, vitreoq; conficiendum est; Sed in aureo, argenteo, vel saltem stanco. Nullus insuper negare debet vno tantùm pręsente celebrari posse cum piè credendum sit, Angelos Dei ibi comites assistere. Et plures possunt eandem consecrare, dum simul omnes habeant eandem intentionem .i. hostiam consecrandi. Et cum solis verbis consecrationis consecrari posse, cum illis solis consecerit Christus secundùm vnam opinionem, grauiter tamen peccat Sacerdos. Aliorum autem opinio, quòd minimè fit consecratio, cum ab Apostolis, & Ecclesia aliter institutum fuerit.

QVÆSTIO XVI.

De Sacramento Eucharistiæ.

IN Sacramento Eucharistiæ nullo pacto post consecrationem manet panis, sed totus transubstantiatur in verum corpus Christi. Sanctorum testimonium, congruitas Sacramenti, & meriti vtilitas hoc testantur, exigunt, & exposcunt, Accidentibus tantùmmodo remanentibus. Nec dicendum est, quod panis in conuersione in corpus Christi anichiletur, sed in melius mutari, nulla tamen in corpore Christi mutatione facta; Veruntamen & panem in corpus Christi,

sti,

sti, & vinum in sanguinem per se, & principaliter conuerti in hoc Sacramento, in quo & alia sunt consequenter, & per concomitantiam. Nec pars in partem, sed totus in totum indistinctè in Sacramento altaris conuertitur. Conuersio panis in corpus, & vini in sanguinem non successiua est dicenda; sed subita, & instantanea, cum mirabilis sit, & non idem instans est, in quo primum est corpus Christi, & vltimum in quo panis, sed aliud, & aliud. Falsaq; communiter loquendo est ista propositio. Panis potest esse corpus Christi, cum nulla panis sit ordinatio secundùm causas inferiores ad corpus Christi.

Et cum fieri propriè dicat motum successiuum, & transubstantiatio panis in corpus Christi, & vini in sanguinem, vt iam dictum est, subita sit instantaneaq; nullo pacto admittenda est hæc propositio; panis fit corpus Christi. Nec ista est concedenda, De pane fit corpus Christi, si ista propositio, de, causalitatem dicat, seu si ordinem. Nec ista est admittenda à catholicis. Quod fuit panis, est corpus Christi, cum verbũ substantiuum sit nota idemptitatis; Panis autem, & corpus Christi in nulla idemptitate communicant. Et proculdubio absq; aliqua inconuenientia potest Deus accidentia separare à substantia, vti separat in Eucharistiæ Sacramento. Hinc fit, vt omnes credere teneamur in tam præstanti Sacramento esse accidẽtia panis, & vini absq; ipsorum substantia, Idq; ob multas, &

 ra-

rationabiles causas ita fieri congruum fuit .i. vt homo totaliter ad escam spiritualem raperetur, vt fides magis, ac magis edificaretur, vtq; cibandus omnino conformis cibo redderetur, & demum, vt diuina ordinatio completa redderetur. Cuius Sacramenti species sensum immutant, & naturaliter. Quæ species Sacramentales quodammodo reficiunt, & nutriunt naturaliter, priùs tamen eorum substantia miraculosè redeunte. Inferre quispiam fidelis debet, quod si vinum, & aqua post consecrationem apponerentur accidentia illa nullo pacto in se vinum, & aquam apposita possent, in Sacramentum conuertere, cum hoc non fiat potestate elementi, sed fit virtute verborum. Et cum in speciebus Sacramenti Eucharistiæ virtute mirabili relinquatur, nam contrarietatis, qua agunt, & patiuntur adinuicem, naturaliter quodammodo fas est dicere, eas corrumpi, & transmutari, ex eisq; vermen gigni, ex substantia tamen panis illuc denuò allata, sub quibus speciebus Sacramentalibus verè Christus continetur. Et in isto Sacramento caro sub specie panis, & sanguis sub specie vini Sacramentaliter tantùm continentur; Integer tamen secundùm vtranq; naturam diuinam scilicet, & humanam sub specie panis Christus continetur, sub quibus speciebus Sacramentalibus quamuis paruis totus Christus continetur secundùm suam quantitatem diuina ibi virtute operante. Totus sub totali forma, & totus sub qualibet eius parti-

cula est in hoc Sacramento. Nec dicendum est Christum definitiuè in hoc Sacramento sub speciebus panis, & vini contineri, cum simul, & semel pluribus in locis fiat conuersio elementorum virtute verborum in corpus Christi, & sanguinem, sicq; simul, & semel sit in pluribus locis. Et corpus Christi circumscriptiuè, & localiter esse in hoc Sacramento, non nisi communiter, & impropriè dici potest, sed benè Sacramentaliter Christi corpus sub Sacramento comprehensibiliter continetur ab intellectu viatoris, non quidem in puris naturalibus relicto, sed lumine fidei adiuto, & eleuato, nullactenus autem à sensu comprehensoris, idq; ob tàm mirabilem existendi modum. Cuius Sacramenti virtute venialia delentur, & fortasse, quæ immediatius contraria sunt principali effectui huius Sacramenti. Non tamen virtute huius Sacramenti propriè loquendo, dicendum est, peccata mortalia dimitti, nec quò ad culpam, nec quò ad pœnam: qui enim manducat indignè (Teste Apostolo) iudicium sibi manducat, & bibit. Virtute cuius augentur virtutes quantùm ad robur contra aduersitates tentationum, quantùm ad efficaciam contra incontinentiam voluptatis, & quantùm ad venialium curationem. In iustis verò nullam habet efficaciam. Non in omnibus iustis efficaciam habet huiusmodi Sacramentum, sed tantùm in probè, & deuotè sumentibus. Et maiorem efficaciam habet in sumente Sacramentaliter, & spiritualiter

tualiter simul, quàm spiritualiter tantùm. Nullusq; dicere audeat, corpus Christi in illo Sacramento frangi, sed totum, & integrum in singulis partibus reperiri; species autem verè frangi asserimus, cum in ipsis sit vera quantitas. Et absonum est diuisa hostia, dicere hanc partem illam esse, & è conuerso. Nec quispiam ambigere debet, cum hostia consecrata in tres partes diuidatur, si vna illarum semicircularis sit, aliæ verò triangulares omnes illas figuras corpus Christi replere, nec ob id illarum figuratũ fieri, & diuersos esse manducandi modos, scilicet spiritualiter, & Sacramentaliter. Sicut & alius est manducandi modus spiritualis, & Sacramentalis, sed alius, & alius. Ex actuq; fidei quis spiritualiter corpus Christi manducare dicitur per delectionem operantis. Non ex sola actione corporali dicendum est, quod est Christum Sacramentaliter mãducare, sed cùm hoc exigitur intentio, intentionisq; directio, vel fide propria, vel aliena. Seq; ipsum in vltima cœna manducauit Christus, non quia indigeret, sed vt alijs exemplum daret. Et hoc Sacramentaliter non spiritualiter, cum non indigeret gratiæ charitatis, aliarumq; virtutum augmento. Non passibile, neq; mortale suum corpus in vltima Cœna Apostolis dedit, sed impassibile, & immortale operantibus ad hoc gloriosi corporis dotibus. Rationabiliter insuper dedit etiam Iudæ in vltima cœna corpus suum ad manducandum ratione Iustitiæ, Misericordiæ, & Sa-

 pien-

pientiæ. Et pósito casu, quod in prixide corpus Christi reseruatum fuisset, si tunc in cruce mortuum fuisset, quilibet debet confiteri, quod etiam ibi mortuum fuisset. Et si in illo triduo mortis facta fuisset consecratio, corpus itidem absq; anima extitisset. Potuisset equidem Christus in illo triduo facere animam esse cum corpore in vno loco, & non in alio loco, sed non decuisset.

QVÆSTIO XVII.
De Pœnitentia virtute.

VNum ex septem Sacramentis Ecclesiæ est pœnitentia necessaria omnibus, qui post Baptismũ in peccatum ceciderunt, de qua nullus dubitare debet, quòd virtus sit specialis, vel generalis iuxta actuũ, quos elicit diuersitatem. Nullo tamen modo dicenda est virtus Theologica, cum offensam Dei, & non Deum propriè pro obiecto habeat. Virtus tamen Cardinalis est, quæ ad iustitiam reducitur. Cuius à Patribus permultæ dantur definitiones, iuxta diuersas considerationes, quarum vnaquęq; in suo genere optima comperietur. Istiusq; pœnitentiæ malus Angelus nequaquàm est susceptibilis, cum ad bonum nunc omninò sit inuertibilis. Angelus etiam bonus, nec nunc, nec in statu innocentiæ dici potest susceptibilis virtutis pœnitentiæ, cum non habeat requisita ad pœnitentiam

vir-

virtutem. Ac propter multas rationes, & rationabiles nullus volens catholicè sentire, tùm propter diuinam sententiam, tùm propter obstinationem, carnis carentiam, intellectus potentiam, &c. debet affirmare Dęmonem ad bonum esse vertibilem. Et hoc quia est in dispositione, immò in necessitate contraria ijs, quæ ad hoc, vt quis pęniteat requiruntur. Contrariũ autem dicendum est de homine in statu innocentiæ, qui possibilis fuit ad lapsum, & releuationem ad priuationem culpæ, & habitum gratiæ, & sic susceptibilis dictæ pœnitentiæ. Anima verò ex corpore mortali decedens insusceptibilis est pœnitentiæ. Beati autem in patria pœnitentiæ virtutem habebunt, non secundùm actum imperfectum, vt in via, sed secundùm quandam perfectionem, quia reddent Deo debitas gratias pro offensæ remissione, adeò quòd non ita pęnitebunt, vt peccata alias commissa eis displiceant, cùm nulla ibi possit esse huiusmodi displicentia, vbi summa est lætitia; sed ad peccata se conuertent, vti materia laudis diuinæ, & ad gloriam bonorum ordinata, quæ pœnitentia non in pluribus animæ viribus est, vti in subiecto, sed in vna tantùm, id est, in libero arbitrio, vt aliæ virtutes. Et vtiq; benè dictum est, transumptiuè loquendo, pœnitentiam à timore concipi magis, quàm ab amore. Et prima virtus pœnitentiæ dicenda est, non simpliciter, sed secundum releuationem à lapsu, & imaginis reparationem, per quam profectò

pec-

peccata dimittuntur, ita vt pœnitens releuetur, & ad pristinam munditiam reparetur. Per quam quæuis culpa dimittitur, dummodo propter offensam diuinæ maiestatis id efficiat, sitq; satisfacere paratus. Non tamen necesse est propter culpæ deletionem, vt etiam reatus deleatur. Ipsiusq; virtute tolluntur omnes defectus pęnales, vel diminuuntur, vt infirmitas, pronitas ad malum &c. at non quacunq; sed quæ ad perfectum reducit. Nec oportet pœnitentem in tanta charitate resurgere, gratiæq; munere à qua cecidit, sed quãdoq; resurgit in maiori, aliquando in minori, per quã pœnitentiam opera in charitate facta, & per peccatum mortale sequens mortificata reuiuiscunt, quia iterum digna fiunt pręmio vitæ æternæ, quo indigna facta fuerant per peccatum mortale. Et absq; ista pœnitentiæ virtute peccatori nullus restat salutis locus. Ac sine præiudicio dictum sit, quod absq; dolore pœnitentiali, vel pœnitentis voluntate, seu in generali, seu in speciali nullactenus peccatum aliquod deletur.

QVÆSTIO XVIII.

De pœnitentiæ gratia.

POenitentia non est gratia substantialiter, & identicè, sed causaliter. Eò natura nostra curua facta est, vt nequaquam bonum meritorium, vel gratuitum absq; gratiæ adminiculo velle queat. Qua pœniten-

nitentia, & in quantum gratia est, & in quantum virtus peccata delentur, cum gratia, & virtus hic eiusdem sint nomina. Alia insuper, & alia ratione infusio gratiæ, & expulsio culpæ alternatim sese prioritate naturæ præcedunt. Non tamen ab aliquo asserendum est, ablationem culpæ prioritate temporis præcedere infusionem gratiæ. Ita dicendum est, quod inter esse culpæ expellendæ, & inter esse gratiæ expellentis, nullum cadit tempus medium, nec etiam instans, sed cum sint duo subitæ mutationes, simul est in eis mutari, & mutatum esse. Nec dari potest aliquod tempus in quo pœnitens non sit in culpa, vel in gratia?

QVAESTIO XIX.

De Pœnitentia Sacramento in generali.

TAmetsi pœnitentia non dictet, vt tamen congruè fieret, non iniuria vt Sacramentum instituenda fuit. Quæ in statu innocentiæ, nec debuit, nec potuit vt Sacramentum institui, cum tunc nullus esset morbus, in cuius remedium hæc instituta fuit. Nec tempore legis naturę pœnitentia Sacramentum institui debuit, nec oportuit, cum tunc homines, vt paruuli cōsilio manu ducendi essent, nec præceptis, nec constitutionibus præmendi. Nec etiam tempore legis Moysi pœnitentia Sacramentum instituta fuit, quæ non solum signum est remissionis peccatorum, sed etiam

causa

causa extat, sed conuenientissimè tempore legis Euangelicæ Sacramentum hoc institui debuit, vt institutum fuit à Domino Iesu Christo, tùm in exordio, tùm in progressu suæ prædicationis. Pœnitentia interior res est pœnitentiæ exterioris, & illa huius signum, tametsi non simpliciter eam efficiat, sed secundùm quid; Et remissio peccati res est Sacramenti pœnitentiæ secundùm quid, tamen non simpliciter, sed ab eius Sacramentali signo effecta. Aliaq; & alia ratione remissio peccati res est Sacramenti pœnitentiæ, & ratione culpæ, & ratione pœnæ. Neq; signa ex parte pœnitentis tantùm, neq; ex parte Sacerdotis tantùm Sacramẽtum dici debent, sed vtraq; simul; licèt ex parte illorũ significatio, & ex parte horum causalitas Sacramenti magis attendatur. Quæ pœnitentia Sacramentum vnũ est, & non plura, & vnum est ratione principij à quo procedit, vel illa vnitate, qua Sacramenta vnum dicũtur. Maiorq; est vnitas pœnitentiæ virtutis, quàm pœnitentiæ Sacramenti; Magisq; à signatione quàm à causatione pœnitentia Sacramentum dici debet. Et rectè pœnitentia fundamentum dicitur, si fundamentum communiter accipiatur; secus autem si propriè. Pœnitentia, & in quantùm est virtus, & in quantũ motus virtutis, & in quantùm Sacramentum communiter sumpto nomine fundamenti fundamentum dicitur: prout autem est actus informis præcedens fidem virtutem de fundamento esse dicitur. Et dicitur pœnitentia

cia fundamentum, quia speciale ædificium reparat, quod per peccatum ruinam passum erat. Quod pœnitentia Sacramentum Baptismus præcedit; & nullo pacto sequitur. Rectè admodum, & sufficienter, si ad rudes ad Christianam Religionem venientes, & ad necessitatis superedificādæq; perfectionis fundamentum respectus habeatur. Congruoq; ordine posita sunt, quæ de fundamento dicta, vt primò sit pœnitentia, secundò Baptismus, tertiò confirmatio, quartò habitorum diligens custoditio, demum ad maiora anhelatio. Eleganti q; metaphora pœnitentia secunda dicitur tabula post naufragium à peccatorum procellis nos saluans. Et quidquid dicant malè sentientes à vera pœnitentia cadere contingit, quæ & iterari potest nè diuinæ misericordiæ viscera claudamus, & peccatores in desperationem adducamus. Quæ toties, dum homo in via est, iterari potest ob diuinæ misericordiæ magnitudinem, & animæ possibilitatem, quoties opus est. Et modo vera fuerit, & sufficiens pœnitentia iterari potest pluries etiam iterata, valetq; non solùm ad remissionem culpæ, sed etiam pœnæ. Et multis de causis, tùm propter timorem, tùm propter verecundiam, &c. publica, & solennis pœnitentia instituta reperitur. Et ista publica pœnitentia rationabiliter reiterari non solet. Et de originali quodammodo pœnitendum est, non à paruulis, & ineruditis simplicibus, sed à discretioribus. Et adultus Baptizandus de actuali

prius tenetur pœnitere, de pœnitentia virtute hoc intelligendo, non de pœnitentia Sacramento. Et à nemine negandum est etiam de peccatis ex ignorantia commissis dolendum esse in generali, & non in speciali. Ita & de peccatis commissis, & postea oblitis. Tantaq; est Dei misericordia, vt etiam pœnitentia in extremis valeat, valde tamen est suspecta. Et quamuis sint multa venialia, nunquam tamen faciunt vnum mortale per se, licèt dispositiuè. Nec solum circunstantiæ venialis mortale aggrauant, sed etiam veniale. Et in hoc statu deprauato, nisi adsit diuina gratia, venialiter peccandi necessitas nobis incumbit. Et de venialibus interdum pœnitere magnopere refert, ac laudabile reputatur. Aduerte tamen quod manente effectu ad veniale non dimittitur, sicut & mortale. Nullusq; mirari debet, cùm veniale maneat cum charitate in habente plura talia, vnum dimitti posse sine alio. Nec veniale, absq; mortali deletur, cùm veniale simul esse possit cum charitate, minimè verò mortale. Et ista venialia post hanc vitam non quò ad culpam, sed quò ad pœnam in purgatorio dimittuntur. Et diuina iustitia ita decernente, nec peccatum veniale, quodlibet aliud absq; gratia gratum faciente dimitti potest. Et cum peccata venialia quoquomodo sint voluntaria, absq; aliquali contritione deleri non possunt. Et rectè peccata venialia per lignum, stipulam, fœnum &c. designantur. Aurum autem significat cõtemplationem,

&amo-

& amorem Dei, Argentum dilectionem proximi, lapides pręciosi opera bona. Et hoc fundamentum propriè super quod fundantur supradicta, fides est; etsi quomodo charitas ratione fidei supra quo fundantur omnia, tàm bona, quàm mala, superędificantesq; super lignum, stipulam, & fœnum purgatorij igne purgabuntur. Et istum ignem omnes doctores materialem esse acclamant, quo igne vnus alio citiùs purgabitur, diuina Iustitia sic dictante, & profectò, qui minorem habuerit reatum. Et purgatione facta statim ad Cœlum euolabunt.

QVÆSTIO XX.

De partibus Sacramenti pœnitentiæ.

Asserendum est propriè loquendo, contritionem, confessionem, & satisfactionem non esse partes virtutis pœnitentiæ, cum non sint actus eliciti ab ea; Tametsi sint partes pœnitentiæ Sacramenti perfectæ, & consumatæ. Nec ob hoc dici possunt propriè partes subiectiuæ, & essentiales, sed benè integrales Sacramenti pœnitentiæ.

QVAESTIO XXI.

De Contritione.

Contritio nil aliud est, quàm dolor per essentiam;

prius tenetur pœnitere, de pœnitentia virtute hoc intelligendo, non de pœnitentia Sacramento. Et à nemine negandum est etiam de peccatis ex ignorantia commissis dolendum esse in generali, & non in speciali. Ita & de peccatis commissis, & postea oblitis. Tantaq; est Dei misericordia, vt etiam pœnitentia in extremis valeat, valde tamen est suspecta. Et quamuis sint multa venialia, nunquam tamen faciunt vnum mortale per se, licèt dispositiuè. Nec solum circunstantiæ venialis mortale aggrauant, sed etiam veniale. Et in hoc statu deprauato, nisi adsit diuina gratia, venialiter peccandi necessitas nobis incumbit. Et de venialibus interdum pœnitere magnopere refert, ac laudabile reputatur. Aduerte tamen quod manente effectu ad veniale non dimittitur, sicut & mortale. Nullusq; mirari debet, cùm veniale maneat cum charitate in habente plura talia, vnum dimitti posse sine alio. Nec veniale, absq; mortali deletur, cùm veniale simul esse possit cum charitate, minimè verò mortale. Et ista venialia post hanc vitam non quò ad culpam, sed quò ad pœnam in purgatorio dimittuntur. Et diuina iustitia ita decernente, nec peccatum veniale, quodlibet aliud absq; gratia gratum faciente dimitti potest. Et cum peccata venialia quoquomodo sint voluntaria absq; aliquali contritione deleri non possunt. Et rectè peccata venialia per lignum, stipulam, fœnum &c. designantur: Aurum autem significat cõtemplationem, & amo-

& amorem Dei, Argentum dilectionem proximi, lapides pręciosi opera bona. Et hoc fundamentum propriè super quod fundantur supradicta, fides est, etsi quomodo charitas ratione fidei supra quo fundantur omnia, tàm bona, quàm mala, superędificantesq; super lignum, stipulam, & fœnum purgatorij igne purgabuntur. Et istum ignem omnes doctores materialem esse acclamant, quo igne vnus alio citiùs purgabitur, diuina Iustitia sic dictante, & profectò, qui minorem habuerit reatum. Et purgatione facta statim ad Cœlum euolabunt.

QVÆSTIO XX.

De partibus Sacramenti pœnitentiæ.

ASserendum est propriè loquendo, contritionem, confessionem, & satisfactionem non esse partes virtutis pœnitentiæ, cum non sint actus eliciti ab ea; Tametsi sint partes pœnitentiæ Sacramenti perfectæ, & consumatæ. Nec ob hoc dici possunt propriè partes subiectiuæ, & essentiales, sed benè integrales Sacramenti pœnitentiæ.

QVAESTIO XXI.

De Contritione.

COntritio nil aliud est, quàm dolor per essentiam,

Qui dolor est actio, & passio, verùm actio per essentiã, passio verò per concomitantiam. Si quis autem quærat quidnam sit contritio, nomine, respondendum est, actionem agentis in se ipso dicere cum passione quadam. Cuius definitio est, quod contritio est dolor pro peccatis assumptus cum proposito confitendi, & satisfaciendi. Contritionemuè intendi vnusquisq; affirmare tenetur, sed iuxta intensionem virtutis à qua quantitatem recipit, & iuxta dispositionem liberi arbitrij, quâ elicitur, & in esse progreditur. In qua contritione aliquo modo quis dolere potest æqualiter de peccatis, alio autem, & alio modo, magis intensiusq; de vno, quàm de alio, si non actu, saltem habitu. Et ista contritio, vt est dolor cum gratia, non nimis parua esse potest, quin ad salutem sufficiat, vt autem dolor est liberi arbitrij, quàmuis parua sit, tenendum est, quod nihil obsit. Indubitanterq; ab omnibus tenendum est, contritionem non posse esse nimiam, quantùm ad displicentiam voluntatis rationalis, cùm doleat de offensa Deo facta, sub quo respectu maxima esse debet. Et magis pœna inferni eligenda est, quàm peccati mortalis perpetratio, considerata tamen, non sustinenda meritò alicuius culpæ, nec vt à Deo infligenda, ex quo patet potius quamlibet pœnam huius mundi hominem sustinere debere, quàm peccare, & Deum offendere. Maioritasuè contritionis attendenda est, non à maioritate conuersionis, sed auersionis, & si quandoq;

doq; oppositum inueneris, hoc ratione illius intellexeris. Quæ in se, & quantùm ad actum suum, non est instantanea, sed successiua, licèt aliter dicendum sit, quantùm ad actum gratificationis. Et tentione necessitatis, & vtilitatis tenetur semper pœnitens in hac vita conteri, sed non ad semper, cum huiusmodi tentio sub præcepto cadat affirmatiuo. Animæ verò purgatorij, nec Sacramentaliter, nec meritoriè conteri queunt, sed tantùm solutoriè, idq; ob sui status repugnantiam.

QVÆSTIO XXII.

De obiecto contritionis.

CRedimus omnibus constare dolendum esse, atq; conterendum de peccatis commissis. Et de peccatis conterendum esse affirmamus minimèuè de pœnis propriè, & per se, sed ex consequenti. Et cum cõtritio pars pœnitentiæ Sacramenti sit, peccatum actuale respiciens de eo propriè est; de originali autem non, tamen aliquem dolorem adultum de eo habere non inconuenit; De veniali etiam necessaria est contritio, quia peccatum actuale est. Et quia peccatum, quod ex tristitia nascitur, puta inuidia, delectatione non vacat, iurè & de eo contritio esse debet. Ita & de peccatis ex ignorantia commissis contritio requiritur, sed generalis. Et de peccato oblito quantùm ad actum, sed non quantùm ad notitiam commissionis contritio

esse

esse debet. Pro quibus quandoq; sufficit generalis cõtritio, quandoq; non. Et contritio de obliuione peccati sufficit ad deletionem eius, at non per se, sed ratione doloris annexi. De peccato futuro contritio esse non potest, quia cùm pars sit pœnitentiæ, de præteritis dolet. Pœnitentia enim est præterita mala plangere &c. Quærenti autem, an de ratione contritionis aliquo modo sit respicere futurum, dicas, quod vt pars pœnitentiæ Sacramenti minimè, aliter nihil prohibet. Quia autem contritio non potest esse absq; gratia gratum faciente, ideo contritio non nisi de omnibus peccatis simul esse potest.

QVÆSTIO XXIII.

De effectu contritionis.

DE iustificatione volens doctor tractare, veluti de contritionis effectu, iurè ab eius definitione exordium sumit, asserens, quod iustificatio impij nihil aliud est, nisi liberi arbitrij rectitudo. Tantaq; est cõtritionis efficacia in iustificatione impij, quòd necessariò ad ipsam requiratur, saltem propter additionem venialium, quæ si non adsint minimè exigi arbitramur. Et à culpa iustificat, meritòq; ratione gratiæ, quæ cõcernitur, Ex cuius contritione virtute pœna æterna in temporalem mutatur. Et etiam habet efficaciam iustificandi à reatu pœnæ temporalis. Insuper illuminatio cogni-

cognitiua, & ablatio caliginis per peccatum actuale, causata sunt effectus contritionis. Sordes etiam, & maculæ in anima per peccatum actuale causatæ, virtute contritionis deterguntur subito, vel temporis processu. Per quam contritionem anima etiam ab ægritudine spirituali sanatur. Ad quam iustificationem impij, cum contritione, & infusione gratię necessariò requiritur generalis expulsio culpæ, quia fit virtute gratiæ gratum facientis, secum nullo pacto peccatum mortale compatientis. Cum quibus concurrit, & motus liberi arbitrij consentientis, quod de Adultis intelligendum est. Cumq; Deus non iustificet nos, sine nobis, ideo sufficienter enumerata sunt illa quatuor tantùm ad iustificationem requisita, scilicet infusio gratiæ, expulsio culpæ, contritio, & motus liberi arbitrij, quæ si diligenter consideraueris, & ea, quæ ex parte Dei, & nostra requiruntur, non dubito quin adinueneris. Et cum motu liberi arbitrij gratiæ assentiatur, contritioneuè peccato dissentiatur, congruentiori admodum ordine hęc illi postponitur. In iustificatione autem impij non expulsio peccati cōtritionem, sed contritio peccati expulsionem natura præcedit.

QVÆSTIO XXIV.

De contritione quantùm ad ordinem.

AFfirmare quilibet tenetur attritionem non esse cōtri-

tri-

tritionem, immò abinuicem differre, Cùm eorum principia omnino sint differentia. Et de lege communi, quidquid sit de lege speciali, Attritio contritionem præcedere debet in præparatione ex parte nostri ad iustificationem. Ipsaqꝫ attritio, & contritio se se non compatiuntur, quod non est ratione sui, sed annexorum. Attritio fieri potest contritio, non ita tamen, quod motus eius possit informari, & fieri contritio, sed eò quòd habitus, quo quis exit in actum attritionis informari potest, & fieri contritio.

Et communiter accipiendo, non autem propriè contritio dici potest donum Spiritus Sancti. Et cùm contritio meritoria sit, ideoqꝫ spiritum acceptum reddat, prorsus motus virtutis, vel gratia dicenda est. at specialis virtutis motus est, elicitiuè tamen. Et virtutis Cardinalis, quæ iustitia appellatur, nullactenus motus est virtutis Theologicæ, cùm non Deum, sed Dei offensam pro obiecto habeat. In via insuper contritio impleri potest, sed quæ ad salutem sufficit.

QVAESTIO XXV.

De confessione in comparatione ad confitentem.

OMnes, qui volunt catholicè sentire firmiter asserere debent, confessionem ad salutem necessariam esse, tàm necessitate obligationis, quàm congruentiæ, siue vtilitatis.

Et

Et cum duplex sit confessio, vna, quæ Deo fit corde; altera verò homini voce; vtraq; est homini necessaria, at prima semper fuit, secunda verò postquam instituta fuit, & præcepta. Insuper dicendum est primam, & tempore legis naturæ cucurrisse, in qua corde dolemus Deum offendisse, non autem illa ab omnibus Sacramentalis appellata. Hæc ex parte pęnitentis confessio vocalis Sacramētalis tempore legis Moysi necessaria fuit, quidquid esset ex parte Sacerdotis. Tempore autem legis Euangelij necessaria est vocalis, & Sacramentalis confessio, quæ non solùm fit Deo, sed etiã homini Sacerdoti.

QVÆSTIO XXVI.

De institutione confessionis.

COnfessio vocalis Sacramentalis alterius legis quàm Euangelicæ, nec fuit, nec esse debuit, vtpotè quæ veritatis, & reconciliationis lex est, & iam aliud confessio non intendit, quàm peccatum detegere, & Deo, Ecclesiæq; reconciliari. Et tunc insinuata fuit, quando clauium auctoritatem Christus Apostolis dedit, licèt tunc eam insinuauerit, cum dixit, Pœnitentiam agite &c. Ad quam confessionem etiam non habens conscientiam peccati mortalis tenetur, & tentione necessitatis ob præceptum Ecclesiæ seruandum in generali, saltem se peccatorem accusando, & tentio-

ne æquitatis venialia confitendo, vt diligentissimè paratus ad Eucharistiam accedere queat. Immò, & non habens conscientiam peccati venialis ob præceptum Ecclesiæ tenetur confiteri, & saltem se peccatorem accusare de peccato existente in habitu. Immò, & quantùmcunq; perfecti ob Apostolicam institutionem, & Ecclesiæ præceptum tenentur confiteri. Peccatores autem non habentes voluntatem dimittendi peccata, tempore ab Ecclesia instituto confiteri tenentur, & nõ tenentur, secundum problematis diuersum intellectum. Originale autem propriè non est confitendum, cum confessio sit perpetratorum, non autem contractorum. Nullusq; asserere debet, peccata occulta non esse confitenda, quinimmò oppositum, tùm ratione confitentis, tùm audientis, & etiam peccata cordis, peccata verò aliena minimè nisi sint circunstantię proprij peccati, & hoc cum maxima circumspectione. Expedit, & venialia confiteri, quamuis non sit necessarium, semper tamen laudabile fuit, oblitorum autem confessio necessaria est, sed in generali. Peccata verò per ignorantiam commissa, durante tali ignorantia, non tenemur confiteri, nisi in generali. Infirmitas autem, ignorantia, & malitia peccatorum radices cõfitendæ sunt, quando sunt voluntariæ. Tentationesq; nequaquam cõfitendæ sunt, nisi quatenus aliquo modo voluntariæ sunt. Insuper, & circunstantiæ confitendæ sunt, vt, quia peccator non erubuit diuinam

præsentiam in peccando, erubescat in confitendo, immò peccat, si circunstantia taceretur, sibiq; prouidè nequaquam consuleretur. Quod de aggrauantibus est intelligendum, haud de alleuiantibus. Idq; de doctis, & eruditis, circunstantiarum cognitionem habentibus intelligendum venit, nullatenus de simplicibus, & ineruditis, nisi quando à Sacerdote fuerint instructi, vel aliter oblata, quæ peccatori opportunitate loci, temporis, & confessoris statim confiteri tenetur proposito, sed si ad huiusmodi opportunitatem conscientiæ stimulus accesserit, & actu etiam confiteri tenetur. Et cùm contrito se offert opportunitas loci, temporis &c. si perfectè contritus fuerit, statim debet confiteri, nec expectare tempus quadragesimæ. Nec casu aliquo differri potest confessio vltra tempus ab Ecclesia statutum, secus dicendum est extra illud tempus. Et dicant quidquid volunt malè sentientes, præcipuè adulteri, & carnales, quod omnia, & singula peccata sint sigillatim, & distinctè confitenda. Diuidere autē confessionem peruersa intentione non licet, at propter bonum finem, quandoq; conceditur. Et si pœnitens aliàs de peccatis commissis dignè pœnitentiam egerit, non tenetur iterum illa repetere, secus si recidiuum patiatur, aut à Sacerdote, vt diligentiùs vultum pecoris sui agnoscat, requiratur. Si autem quæratur, an pœnitens quoties recidiuat, toties peccata præterita repetere habeat; Respondetur, quod habet, & non

habet iuxtà ipsiusmet confitentis, & absoluentis varias conditiones. Quod non fuit factum, nullo pacto est confitendum, de quo autem timet, an id fecerit, sub conditione est dicendum. Caueat confitens suam cõfessionem diminuere, quia Dominus peccatum vnum sine alio non dimittit. Vt autem confessio nostra sit meritoria in claritate, & ex charitate facienda est, minimèuè simpliciter. In occulto magis confitendum est, quàm in publico; nam si sic multa prouenirent incommoda. Præsenti autem, & intelligenti copiam Sacerdotis habent per scriptum, & interpretem confiteri non licet, quia absolutio datur præsenti, & non absenti, sicut & sensum habenti; At propter sensus defectus, & idiomatis intelligentiam per scriptum, & interpretem confiteri licet. Et necessariò iustificationem insequi debet.

QVÆSTIO XXVII.

De confessione in comparatione ad absoluentem.

TAmetsi Laico confiteri, quandoq; iuuet, Sacramẽtaliter autem nõ nisi Sacerdotibus possumus sine tamen proposito confitendi proprio Sacerdoti nullus alteri etsi discretiori eò intuitu confiteri potest. Et prętermisso inferiori, vt puta Parocho; potest quis superiori de licentia ipsiusmet confiteri.

QVAE-

QVÆSTIO XXVIII.

De Sigillo Confessionis.

NVlloue casu, nullaue ratione Sacramentalis confessio reuelanda est, & præcipuè nè scandalum oriretur. Tenetur insuper, licèt non simpliciter celare peccatum sibi in confessione detectum, quod pœnitens facere proponit, ita quod reuelando huiusmodi confessionem non est puniendus, vt fractor sigilli confessionis, sed publicè honestatis causa, & quando inconueniens graue inde sequeretur, contrarium facere potest. Confitens non potest sufficienter licentiare Sacerdotem, vt confessa inquantum confessa detegat, sed benè si post confessionem eidem eadem repetiuerit, & licentiam detegendi dederit. Qui peccatum, quod aliàs quàm per confessionem sciuit, ratione necessitatis celare non tenetur, sed referre potest. Veruntamen non absolutè, sed sub conditione cautissima, de condecentia tamen honestatis nullactenus, nec etiam sub dicta conditione recensere potest, nisi rationabilis causa vrgeret.

QVÆSTIO XXIX.

De clauibus Ecclesiæ.

MAtthæus xvi. & Ioannes xx. Testantur contra hæreticos claues Ecclesiæ. Quæcunq; ligaueri-

ueritis super terram &c. Quæ claues nil aliud sunt, nisi potestas ligandi, atq; soluendi cum iudicio, vel claues sunt potestas discernendi, ligandi, atq; soluendi. Vel tertiò, claues sunt discernendi scientia, & potentia, qua dignos habet recipere, indignos verò excludere à Regno Dei. Accipiendoq; clauem essentialiter, scientia vtiq; clauis est, quia vt sic potestas est Sacramentalis, collata in ordine aliàs minimè. Idem sentiendum est de potestate ligandi, atq; soluendi cooperatiuè. Quæ & si propriè, & per se solius Dei sit, vt dictum est, Sacerdotibus conuenit, atq; clauis Ecclesiæ est, & duæ sunt. Et sunt datæ ad ligandum, & soluendum, claudendum, & aperiendum; sed ad soluendum, & aperiendum per se, ad ligandum, & claudendum per accidens. Non tamen datæ fuerunt tempore legis naturæ, sicut nec tempore legis Moysi, sed tempore legis gratiæ à Christo Ecclesiæ, & Apostolis primum, & per eos alijs. Et tunc quando dixit Petro: Tibi dabo claues Regni Cœlorum &c. alijsuè Ioannis 20. Accipite Spiritum Sanctum quorum remiseritis peccata &c. Bonisq;, & malis claues datæ sunt, cùm non ratione personæ sint collatæ, quatenus bona, vel mala est, sed ratione, quà dignitate Sacerdotali decorata est. Quas claues ministeriales Christus non habuit, quia habere non debuit; Cùm nec defectus potentiæ, nec character impressus in eo fuerint. Et propter officium, quo fungi debent Sacerdotes in ordine Sacerdotali ipsis

ſis nobiliter, & congruenter huiuſmodi claues condonantur. Et iſtæ claues pro habituali inſeparabiles ſunt ab ordine Sacerdotali, pro vſu tamen ſeparabiles. Et iſta poteſtas clauium ſe extendit ad delendam culpam, at per modum deprecantis, & impetrantia abſolutionem, ſed non per modum impertientis. Extenditurq; clauium poteſtas, & ad tollendam pœnam temporalem, quandoquidem Sacerdos virtute harum clauium, tanquam arbiter in hac cauſa conſtitutus pęnæ partem dimittere poſſit. At cùm pœna æterna infinita ſit, & à culpa inſeparabilis à Deo tantùm, qui infinitæ virtutis eſt, quiq; ſolus culpam delet, dimitti poteſt, & nullatenus à Sacerdote, vel clauibus. Poſſunt, & in pœnam purgatorij, ſed per accidens, prout Sacerdos illam in temporalem commutare poteſt. Quærenti autem de vſu clauium inarbitrarius ſit, quod eſt dictu, an pœnitentiæ arbitrariæ ſint; dicendum quod nec arbitrariæ omninò eſſe debent, nec omninò iuxta patrum definitionem iniungendæ, ſed interdum diſcretè moderandæ ſecundum affectum, & infirmitatem pœnitentium.

Nec quilibet quoslibet, ſed determinatus Sacerdos determinatos ſubditos, præterquàm in neceſſitatis articulo, abſoluere habet, ne in Eccleſiaſtica Republica confuſio appareat. Inferior etiam ſuperiorem annuentem abſoluere poteſt, vtpotè qui libertatis eſt, & cui vult ſe ſubijcere poteſt. Vna profectò, & eadẽ

eſt

est clauis, qua ligatur, & soluitur in foro conscientiæ, & in foro iudiciali, licet actus diuersi sint, ad opus tamen primi actus omnes ordinantur.

QVÆSTIO XXX.

De Excommunicatione.

QVa Ecclesiæ vti licet, sed pro peccato, cùm interdum, aliquando sint excommunicandi aliqui scilicet incorrigibiles. Pro damno, & iniuria illata Ecclesiæ potest quis iustè excommunicari, veruntamen non principaliter, sed magis pro contumacia.

Excommunicatio à non habentibus dumtaxat claues fieri, ferriuè potest, aut debet, sed ab ijs propriè, qui iurisdictionem ordinatam ad alios habent in iudicando.

Excommunicareq; omnes possunt claues habentes in foro iudiciali, dummodo iurisdictionem aliquam habeant, ex quo patet, quod simplices Sacerdotes nullam iurisdictionem habentes excommunicare non possunt, nisi ex commissione.

Nè dum quis pluries excommunicari potest, quinimmò tot excommunicationibus puniendus est, quot causæ emergunt eas inferendi. Afferunt profectò omnes, quòd communicantes cum excommunicatis omninò vel maiori, vel minori excommunicatione excommunicati sunt, paucis quibusdam exceptis. Non tamen

men omnis communicans cum excommunicatis mortaliter peccat, sed communicans in casibus non concessis, & in contemptum clauium Ecclesiæ, & notatu quidem dignum est, quod communicans cum excommunicato à se participans excommunicatus est, at non à se, sed à iure. Alioq; & alio casu quispiam potest, & non potest inuitus à vinculo excommunicationis absolui. Et qui pluribus excommunicationibus excommunicatus esset, etiam pluribus absolutionibus absoluendus foret; nisi excommunicatores consentirent talem vna absolutione absoluendum fore. An autem excommunicatus absolui possit ab excommunicatore, si eius fautor extiterit, vel eidem in crimine postea communicauerit. Proculdubio absolui potest. Cum ex huiusmodi communicatione incurrat is excommunicationem à Iudice, quæ excommunicatio iurisdictionem non aufert. Excommunicatio verò iniusta excõmunicatio dicenda est, non secundum veritatem, sed secundũ interpretationem. Quæ, & si iniusta sit, timenda tamen est, quoniam inflicta est ab habente canonicam iurisditionem.

QVÆSTIO XXXI.

De Indulgentijs, & de Relaxationibus.

CVm Indulgentiæ, relaxationesuè diuinæ iustitiæ nihil præiudicent, omnes, & singuli vno ore,

& vnanimiter ponendas esse confiteri debent, veluti & vnum pro altero satisfacere posse secundum illud Apostoli dictum: Alter alterius onera portate, idq; ratione charitatis, vnitatis corporis Christi mistici, & membrorum, & alijs rationibus: non autem ratione, qua est medicamentum morbi. Quid autem quęrenti de Indulgentiæ, seu relaxationis quidditate respondendum sit, proculdubio quæ habet tantus doctor videlicet, quod relaxatio propriè sumpta, est pœnitentiæ iniunctæ pro peccatis ex virtute clauium diminutio imposita pœna eiusdem generis. Et dantur huiusmodi indulgentiæ, seu relaxationes, non à laicis, non à simplicibus Sacerdotibus, & inferioribus Prælatis, sed à superioribus, scilicet, Episcopis, sed maximè à Summo Pontifice Christi vices in terris gerente. Et concedi debent propriè non pro re simplici, sed pro corporali beneficio. Et quoniam illi, qui in purgatorio sunt in charitate decesserunt, ratione eius participes indulgentiarum, relaxationum, & Ecclesiasticorum beneficiorum participes fiunt. Et quamuis Summus Pontifex totam pœnam alicui relaxare possit, non tamen, nisi existente pœna sufficientis contritionis, & absq; magna causa. In relaxatione autem pœnæ requiritur, & non requiritur iuxta recompensatio diuerso respectu. Et rationabiliter peregrinantibus ad terram Sanctam Plenaria Indulgentia conceditur, ita vt Deo credentes expediti ad Cœlum euolent, tùm quia

locum Passionis Christi visitant, tùm quia propter Christum Martyrio voluntariè se exponunt, & memoria passionis Christi ob talem visitationem non deletur.

QVAESTIO XXXII.
De satisfactione in generali.

CVm satisfactio pars sit Sacramenti pœnitentiæ à nemine dubitandum est, quod possimus pro peccatis satisfacere, & opere interiori, & exteriori, tamen interuentu Diuinæ Misericordiæ gratiam largientis. In satisfactione autem Sacramentali, quæ propriè satisfactio est, requiritur opus exterius, aliàs autem nihil prohibet non requiri. Ac per opera pœnalia fit, quia contraria contrarijs curari debent, & est pœnas peccatorum excidere, vel Deo honorem debitum impendere, & in charitate, quæ opera nostra Deo accepta reddit, facienda est. Pœnitentiam in mortali completam nullatenus Deo acceptam, quare, & reiterandam arbitramur. Pœnitentiaq; in charitate completa, & per recidiuum mortificata, non necessariò iteranda, sed ingratitudinis, & contemptus venia rursus petenda, pœnitentiaq; acceptanda. Et quidquid falsò arbitrati sint quidam: opera satisfactoria in mortali facta, adueniente quantùmuis gratia, vel charitate, nec viuificari, nec in sortem computari, aut remissionis pœnæ, aut collationis gratiæ. Pœnitentia insu-

per extra charitatem facta, siue opera in mortali facta interdum meritoria sunt multiplicationis bonorum temporalium de congruo, interdum de diuina largitate tantùm. Valent etiam ad habilitationem ad gratiam, cùm maximè illa, quæ motu diuini amoris, & ad Dei gloriam cum frequentia fiunt; ad diminutionem verò pœnæ æternæ nequaquam per se, & directè. Atq; vnus pro alio adhuc superstite satisfacere non potest, nisi in casu impotentiæ, nec adhuc propria auctoritate, sed cum assensu clauium. Addo quod pœnitentia iniuncta, excedens iustum, adimplenda est, si adimplendi facultas suppetat.

QVÆSTIO XXXIII.

De Ablatorum restitutione.

Communiter accipiendo satisfactionem, restitutio pars eius dicenda est, at propriè minimè, & cùm (Teste Beato Augustino) non remittatur peccatum, nisi restituatur ablatum, obligatio ad restitutionem nullactenus dispensationem recipiet, attentione restitutionis, maximè si fur, vel raptor sit in soluendo, & habeatur notitia certæ personæ spoliatæ. Vtiq; obligatio ad restitutionem, quandoq; recipit dispensationem, quò ad temporis dilationem. Qui rem sibi furatam furto recipit, vel æquiualens iuxta varios casus restituere tenetur, & non tenetur. Idem de violen-

lentia rapti. Cumq; hypocrita, & quisquis alius religionis simulator rem alienam contractent vsurpatiuè, & inuito Domino, omninò ad restitutionem tenentur. Et singuli affirmare debent, quod qui mentiendo fingunt se pauperes esse aliquid acquirunt ad restitutionem tenentur, non tamen eis à quibus habuerunt, sed pauperibus, & generaliter omnes inclusi in his versibus ad restitutionem tenentur. Iussio, Consilium, Consensus, Palpo, Recurrens, Participans, Mutus, nō obstans, non Manifestans. Currere cum fure faciunt, furtiq; reatum.

QVAESTIO XXXIV.

De satisfactione in speciali.

SI attendatur triplex radix peccati, triplex ordinatio operis pœnalis sufficienter satisfactionem, in Orationem, Ieiunium, & Eleemosynam diuisam esse comperietur, & ista tria, sicut excedentia, & excessa se habet, aliquibus oratio, aliquibus alia duo præferenda esse videntur.

QVAESTIO XXXV.

De Oratione.

CVius orationis definitionem aliam, & aliam ex Sacris esse comperimus. Nec virtus dicenda est,

est, sed actus virtutis, quæ à nobilissimis virtutibus elicitur. Et specialis virtutis actus est, & etiam quodámodo generalis, siuè rectiùs plurium virtutum actus, minimeq; Cardinalium virtutum actus est, sed trium Theologicarum; non quidem principalis, sed secundarius, & consequens. Vsusq; ipsius orationis non solùm vnius vtilitatis est, quinimmò multiplicis.

Cuius orationis vsus iuxta communiorem, ac expressiorem orationis acceptionem, & necessarius, & non necessarius est ad salutem.

QVÆSTIO XXXVI.

De modo orandi.

TAmetsi mentalis orationis vsus videatur sufficiens quantùm ad Dominum, vocalis minimè inutilis est iudicandus. Et quamplurima tradunt orationis vocalis formam tradi debuisse. Multiloquio vti in oratione vocali eo fine quo ethnici vtebantur omninò incongruum dicimus, ad fastidium tamen tollendum, ad ocium vitandum, & ad excitandam deuotionem, & inflammandum affectum eo vti non inconuenit. Nec semper quod petimus voce exprimere debemus, sed interdum sic, interdum non, iuxta varias orandi species. Et sine intellectu eius, quod dicitur, alicuius efficaciæ est, & maximè in simplicibus, sed absq; animaduersione eius, quod oratur, nullius penitus

nitus; tùm in simplicibus, tùm in prouectis. Cumq; duplex detur oratio, idest mentalis, & vocalis, in vtilitate nequaquam æquales sunt, sed vt excessa, & excedentia se habent. Simpliciter, ac per se loquendo spiritualia dumtaxat in oratione sunt petenda, temporalia verò non importunè, nimisq; solicitè, velut finem, sed tanquam ad sustentationem vitæ nobis viatoribus necessariò requisita. Orare autem, vt malum pœnæ proximo etiam inimico adueniat, si alia de causa, quàm propter eius vtilitatem fiat, scilicet, vt corrigatur, & conuertatur, diuina pietas, & charitas omnino illicitum existimant. A Deoq; in oratione non est petendum adiutorium, vt minus peccemus, cum peccatum quodlibet, siue graue, siue leue defectum inordinatum importet, cui nullactenus Deus cooperari potest: benè tamen licitum est à Deo petere adiutorium, vt non ita enormiter peccemus, sicut antea peccabamus. In diuinis autem personis cùm sit essentiæ vnitas, potentiæ, sapientiæ, maiestatisq; æqualitas, nulli earum alteram orare conuenit. Angeli verò, & animæ beatæ, & pro se ipsis, & pro nobis orare dicuntur, licèt diuersimodè. Pro nobis enim, vt adipiscamur bona, malaq; amoueantur: Pro ipsis, vt habita continuentur, animæq; corporum reunionem, vt in vtroq; beatæ sint. Si autem dispositionem mentis humanæ ex vna, & orationis dignitatem ex altera parte inspexerimus, omnibus viatoribus expedire

dire orare deprehenderimus. Existentibus etiam in purgatorio licèt orare, sed non ad aliquid degustandum, vel exsoluendum, sed tantùm impetrandum. Damnatis autem, in specta eorum prauitate, orationis dignitate, & Dei bonitate, propriè orare non licet. Dicimus insuper creaturam irrationalem non esse orandam, secus dicendum est de creatura rationali. Existentes autem in purgatorio non sunt orandi, cum non sint in statu merendi: Sanctos autem orandos esse concedimus. Et dimissis rationibus simpliciter concedimus, Deum orandum esse, Ac ipsum solum, pro ut ab ipso habemus omne bonum, Sanctos autem vti illos, per quos impetramus. Quemquam insuper pro se decet orare, tametsi in peccato sit, & etiam pro alijs, & etiam pro incorrigibilibus difficulter licet, non pro incorrigibilibus simpliciter, vti patet de Angelo malo, Atq; pro infidelibus cùm adhuc sint viatores. Absit à nobis, vt pro excommunicatis non oremus in orationibus generalibus; Pro Damnatis minimè. Pro quibus, nec etiam Sancti orant, sicut nec nos pro Sanctis orare debemus. Et propriè sumendo orationem, non semper orandum est, sed loco, & tempore. Ac in omni loco orare licet, sed præcipuè in illis ad hoc institutis. Versio verò ad orientem, Manuum expansio, pectoris tunsio, genuflexio, & huiusmodi, quæ ad orationem adhiberi solent, rectè quidem adhibentur, at non de orationis necessitate, sed magis congruitate,

Quæ

Quæ alia, & alia ratione ad diuersas vires spectare fertur. Ex puris insuper naturalibus meritoria, & efficax esse non potest, sed ad hoc gratia aliqua requiritur. Quæuis oratio quatuor debitis circunstantijs facta, efficax est ad impetrandum, Idq; ratione summæ liberalitatis, veracitatis, & amicabilitatis Dei exaudientis. Vt autem oratio ad votum efficaciter exaudibilis sit, necessariò quatuor illæ conditiones requiruntur, vt piè, pro se, perseueranter, & ad salutem requisita petantur. Cumq; oratio sit afflictiua sensualitatis, placatiua diuinæ seueritatis, & humiliatiua humanæ mentis, omninò satisfactoria dicenda est. Nec Paulus debuit exaudiri, petens à se incentiuum libidinis amoueri, cum libidinis incentiuum sit tentatio exterior à Diabolo, & materia exercendæ virtutis. Et quia humanæ tribulationes maximè conducunt ad hanc corruptibilem vitam contemnendam, futuramq; inquirendam: insuper, & exercendæ virtutis materia sint: minimè decens, vel expediens fuit Apostolum pro eius amotione orantem exaudiri.

QVÆSTIO XXXVII.

De Mortificatione carnis.

VT occasio detur hominibus carnalium amatoribus carnem mortificandi, pauca quædam de

ipsius mortificationē recensebimus, dicentes primò, quòd mortificatio carnis, si debito modo, fineq; recto fiat, ad reprimendos, scilicet concupiscentiæ motus, opus & actus virtutis est.

QVÆSTIO XXXVIII.

De ieiunio satisfactionis parte.

NVllus dubitare debet, si rectè intelligatur, definitio illa ab Isidoro de ieiunio data, bonam esse, in qua dicitur: ieiunium est parsimonia victus, abstinentiaq; ciborum. Illa autem definitio, quæ ab eodem data est alibi, tamen, quæ talis est. Ieiunium est res sancta, opus Cœleste, Ianua Regni, forma futuri, non est formalis, vt illa, quæ datur per genus, & differentiam: sed potius notificatio quædam est ieiunij insinuans per aliquos eius effectus. Non tamen illa ieiunij definitio communiter vsitata est abijcienda, videlicet, ieiunium est abstinentia à cibo, & potu secundum formam Ecclesiæ intuitu satisfaciendi, vel vitandi peccatum, & acquirendi vitam æternam. Non tamen dicit puram priuationem. Abstineant quæso homines à cibo, & à potu, quoniam si debito modo, & propter debitum finem fiat, actus virtutis est: Abstinere autem à vino simpliciter laudabilius est, quàm à carnibus, vt potè longè fructuosius, vtrunq; tamen laudabile. Ieiunium sumptum pro abstinentia ciborum

borum bonum est ex se, licèt hyppocritis sit malum; potest etiam dici indifferens: summendo tamen indifferens, pro eo, quod est inter duo illa extrema bonum, v3, simpliciter & malum simpliciter; quod propriè sumptum non est bonum simpliciter, sed medium inter bonum simpliciter, & malum simpliciter; Et bonum est, non quod est virtus, sed actus virtutis, & temperantiæ profectò elicitiuè, licèt iustitiæ, obedientiæ, & charitatis sit imperatiuè. Quo tempore abstinendum est ab ijs, quæ carnis lasciuiam prouocant, personam inordinatè delectant, vitiorum resecationem impediunt, & peccatorum causas fouent. Ieiunij autem tempore, tùm à quanto, tùm à quali magis abstinendum est, iuxta Ecclesiasticæ institutionis, & virtutis, & sobrietatis legem. Semelq; tempore ieiuniorum comedere, & sufficienter laudabilius, & expedientius est, quàm pluries, & qualibet vice parum. Et illicò post peccatum ieiunium institui debuit, vt sicut per gulā generaliter omnes à Deo auersi fuerunt, ita per ieiunium, & abstinentiam eidem reconciliarentur. Nulloq; tamen tempore congruentius ieiunium institui debuit, quàm tempore legis gratiæ, vt contra morbum exhiberemus medicinam, & à præteritis purgaremur, & contra futura præseruaremur. Humana imbecillitas deuotioniq; necessitas exposcebat, vt non continuum, sed interpellatum, non perpetuum, sed determinatum foret ieiunium;

Iure igitur ieiunium quadragesimale certo tempore institui debuit, vt institutio fuit, & rationabiliter tempore veris: tunc enim per gulam peccauit Adam, tunc motus carnales magis inualescunt, ad Christi corpus sumendum accinguntur: Et demum tunc Phase apud Hebræos celebrabatur. Et congruus admodum fuit numerus dierum cum eo reddamus Decimam dierum Anni, quam Deo debemus, opportunoque tempore ieiunium quatuor temporum celebrandum proponitur, scilicet in quatuor quadris anni, vt offensæ contra Deum in eis commissæ apto remedio purgarentur. Mœroris insuper, & non lætitiæ ieiunium est, & ad expiationem offensarum institutum est. Et rectè proponitur ieiunium hoc interpolatis diebus celebrandum, habito respectu ad Christi passionem, quandoquidem feria quarta eam Iudæi moliti sunt, feria sexta executi, & demum Sabbato vnà cum Christo quiete functi. Et meritò quidem in tribus diebus ieiunium quatuor temporum expletur propter præfatos tres dies passionis, & mortis Christi. Credentque omnes ieiunium tantum meritorium non esse, sed debitis circunstantiis ornatum. Et generaliter ieiunium satisfactorium est, dummodo in charitate, & ex charitate fiat. Et præcipuè illud à confessore iniunctum, nedum realiter, sed & Sacramentaliter. Idem de ieiunio ab Ecclesia instituto, sed in casu. Ieiunent ergo, & etiam extra tempus obligationis homines scientes, etiam ie-

iunium assumptum in charitate factum, si non Sacramentaliter, saltem realiter satisfactorium esse, & in casu. Itemq; ieiunium magis satisfactorium est iniunctum post quod institutum tandem voluntariè assumptum. Et propriè ieiunium in charitate factum pro peccato carnis satisfactiuum, & sanatiuum est: communiter autem satisfactiuum est pro omni peccato, licèt non sanatiuum. Si quis autem ex charitate non ieiunet non transgreditur, nec defectum incurrit. Nec etiam in charitate ieiunare tenemur cum ieiunium in charitate, siue iniunctum, siue institutum ad actum obliget. Vt autem ieiunium sit satisfactorium, requiritur quod fiat in charitate, non tamen quod moueatur actuali affectu charitatis. Requiritur insuper, quod sit alicuius virtutis actus merentis. Præcisè autem, vt ieiunium directè & Sacramentaliter sit satisfactorium habet à charitate, à pœnalitate, contrarietate, & clauium auctoritate: quod autem indirectè, & realiter satisfactorium sit habet à charitate, pœnalitate, & clauium auctoritate. Et quod ab Ecclesia institutum, opus necessitatis est. Et quidquid sit, in casu necessitatis, tàm iusti, quàm iniusti, regulariter tenentur ieiunare in ieiunijs ab Ecclesia institutis. Et peregrini nisi necessitas dispensare coegerit. Pueri autem ad Ecclesiæ ieiunia non tenentur, nisi vel interpolatæ ieiunent, vel virtus ætatem suppleat, quæ debet esse decem, & octo annorum. Pauperes etiam, & Egeni te-

nentur, & non tenentur iuxta varios casus. Ita sentiendum est de laborantibus pro victualibus. Recipit tamen ieiunium dispensationem à Prælatis Ecclesiæ in casu, & virtute clauium, quòd præceptum est, prout tamen præceptum communiter summitur, & ad præceptum naturæ, & ad præceptum disciplinæ, quo modo, & etiam consilium, siue supererogatio dici potest, opusq; medietatis est, non quod est necessitatis, vel sufficientiæ, sed supererogationis, & superabundantiæ. Et debuit certa hora comedendi in ieiunio statui, nè confusio, & inconformitas ieiunij honestatem diminueret, quinimmò cum alijs ad cultum Dei spectantibus, putà, canonicis horis, conformitas foret. Cuius ieiunij hora conuenientior, & congruentior comedendi est hora nona, ita vt non vltra vesperam protendatur, hoc consuetudini nostræ congruit. Motui solis consonat, & Christi afflictioni hora nona in Cruce expirantis correspondet. Nec hora comedendi tempore ieiunij est in præcepto, sed contemnens mortaliter peccaret. Et cum caro carne roboretur, ad cuius mortificationem ieiunium est institutum, verè eius esu ieiunium soluitur. Quantitate etiam cibi aliquando, sed non semper ieiunium soluitur, idq; pro diuersitate locorum, complexionem, & ciborum. Insuper, & sumptione vini de vitæ, & panis de frumento, & rerum similium, quæ sunt verus cibus, & potus, ieiunium soluitur, si ante prandium sumantur,

non autem post prandium. In sumptione verò conferentium ad digestionem specierum, scilicet electuarij, soluitur ieiunium, & non soluitur, diuersa sumendi ratione attenta. Quod autem irritamenta gulæ soluant ieiunium omnes pro certo habere debent à tanto tamen, sed non à toto, & vt quodam morale est, & actus virtutis huiusmodi irritamenta gulæ excludit, & resecat, in quantùm autem est statutum ab Ecclesia ad satisfactionem reatus nequaquam. Vnde si hora ab Ecclesia statuta, quis ardenter, & lautiora comedat, & etiam excedat in superfluitate, non est transgressor statuti, dummodo vtatur licitis, & non prohibitis, licèt meritum ieiunantis minuatur.

QVÆSTIO XXXIX.

De Eleemosyna satisfactionis parte.

Eleemosynæ, vocabuli Ethymologia, nil aliud est, quàm miserationis aqua: diffinitione autem est opus, siue largitio rei necessariæ facta indigenti propter Deum, & ex compassione, & magis est actus virtutis, quàm virtus, quæ eleemosyna duplex est, cùm dupliciter proximum iuuare possimus, & eius miseriam subleuare, scilicet quantùm ad corpus, & quantùm ad animam. Quare duo sunt misericordiarum genera, scilicet corporalia, & spiritualia, ita & duplex eleemosyna corporalis, scilicet & spiritualis. Et sunt

his

his versibus contenta. Visito, cibo, poto, redimo, tego, colligo, condo, Consule, castiga, solare, doce, remitte, fer, ora, omnibus pro Deo abrenunciare, pauperibus erogare, nè dum licitum, sed & laudabile, & meritorium profitetur Christiana religio. Omniaq; pro Christo relinquere, ipsumuè in paupertate sequi perfectionis Euangelicæ esse, & vita, & doctrina Christi longè testantur. Omnia tàm in proprio, quàm in communi relinquere eò Euangelicæ perfectionis dicimus, vt eius principale consilium sit, principium fundamentale, & sublime fundamentum.

QVAESTIO XXXX.

De mendicatione pauperum voluntariorum.

Nedum licitum est pro Christo omnia relinquere, & ostiatim mendicare, sed & meritorium: hâc enim abiectione, & vilitate Christi abiectioni, & vilitati magis conformamur. Ac simpliciter meritorium esse Sancti, & verbis, & factis ostendere, Meritoriumuè supererogationis merito. Perfectiusq; asserimus omnia semel pauperibus pro Christo distribuere, quàm ea retinere, quam paulatim dispensare sicut, & liberius. Obmutescant detrahentes Euangelicæ paupertati, cum non solùm Prophetæ, & Sancti mendicauerint, & petierint; verùm & Christus Redemptor noster hanc peculiariter est professus, in cuius per-

sona

sona Regius. Propheta dixit. Pauper ego sum à iuuentute mea; & alibi ego sum egenus mendicus, & pauper; immò & proprio ore fassus est, dicens, Vulpes foueas habent, & volucres Cœli &c. Pauperibus tamen voluntarijs labore manuali laborare pro victui necessarijs, nec est tàm omnino simpliciter necessarium, nec præceptum salutis necessitate exequendum. Verorum tantùm, & voluntariorum pauperum facultas est eleemosynas accipere; non simulatorum, & coactorum. Labor insuper corporalis labore spirituali potissimè recompensatur. Cum maius bonum eo sit, ita, vt interdum illum propter hunc prætermittere liceat. Religiosis maximè exercitium operum spiritualium, vt prædicare confiteri &c. exercentibus conuenit; cui iurè debentur stipendia, victus conuenit, vtpotè ijs specialiter, & voluntariè dicatis accipere. Et si regularis obseruantia, ad quam Religiosus tenetur, hoc patiatur magis sibi quàm laico, & sęculari conuenit scripturam docere, eiusdemq; doctorem esse, si à suo superiori admittatur, Cum ex parte Summi Pontificis sit plena potestas, ex parte Religiosorum sufficiens idoneitas, & in nullo auctoritati ordinariorum. Pręlatorum præiudicium fiat: impium est arbitrari, quod nō possit committere officium prædicandi, & confessiones audiendi, & huiusmodi Religiosis curam animarum non habentibus.

QVÆSTIO XXXXI.

De distributione Eleemosynæ quibus, & à quibus &c.

CVm de nemine desperandum sit, dum est in via, indifferenter bonis, & malis eleemosyna facienda est, maximè si inde non superbiant, sed potiùs spes sit, quod boni fiant. Indigentibus tamen omnibus facienda est eleemosyna, infirmis videlicet, & validis, modo ij non ex pigritia, aut libidine ociandi laborare corporaliter negligant; sed præpediti laboribus spiritualibus. Cùmq; ob lapsum naturæ facta sit appropriatio, non potest indifferenter de quacunq; re fieri eleemosyna. Audiant quæso, & mihi credant raptores, & fures, quod de rapina, & furto minimè eleemosyna fieri potest; Cum huiusmodi datum dantis minimè sit, Cùm scriptum sit in libro Tobiæ, Fili mi de tua substantia da eleemosynam, & non aliena. In casu tamen non inconuenit, putà, cùm vsurarius, vel raptor proponat restituere, habeatq; vnde restituat, & tali eleemosyna impotentem ad restituendum non se reddat. Et cum meretricia, fornicariauè acquisitione transferratur dominium, nec competat repetitio, de ea fieri possunt eleemosynæ, priuatè tamen non publicè, quia acquisita perhittrionatum transeunt in dominium acquirentis, nec competit repetitio, sequitur licitè posse de eis fieri eleemosynas. Ex lucratis autem

tem ludenti voluntariè motu cupiditatis, vel libidine lasciuiandi eleemosynæ fieri possunt: Ex lucratis autem ludenti coactè, vel aliàs inducto, nequaquam. Oritur casus. Est quidam debitor ad soluendum decem libras, dum est in charitate præcipit executionem seruo: Ille autem dum est in peccato communi more, & rancore soluit; an satisfaciat? Dicendum, quod illa actio, in quantùm est datio pura, nulli est meritoria, nec Domino, nec seruo: liberatur tamen Dominus, & absoluitur non per dationem, sed per voluntatem dandi, coniunctam dationi passioni. Quia licet passionibus naturalibus non laudemur, nec vituperemur, contrarium dicendum est de passionibus, quæ sunt actus virtutum: quarè dicendum est, quod datio illa est demeritoria seruo, & meritoria Domino; Exemplum de Sacerdote Missam celebrante ad petitionem duorum ex cupiditate, ipsis est meritoria, sibi autem demeritoria. Religiosi, vt religiosi, eleemosynas facere non possunt, sed quodammodo, & per accidens. Mulier viro subdita potest de parafrenalibus, & de proprio lucro, modò vir eius non indigeat, eleemosynas facere: De ijs autem bonis, quæ cum viro communiter habet, ne vtiq; nisi leues, & modicæ eleemosynæ illæ fuerint; Filius etiam familias facere potest eleemosynas, sed non nisi leues, & modicas, maximè si, nec capitale, nec procuratio, aut villicatio ei commissæ sint. Serui, & ancillæ, cùm nullum habeant do-

minium in rebus, nullactenus absq; consensu domi-
norum expresso, vel præsumpto eleemosynas facere nō
possunt, nec etiam leues, atq; modicas.

QVÆSTIO XXXXII.

De necessitate distribuendi eleemosynas.

HAbens copiam subueniendi proximo indigenti,
tenetur citra vltimam necessitatem existēti sub-
uenire, non quidem de necessitate iustitiæ; sed, aut de
æquitate, aut de dispensatione eiusdem. Extraneusq;
fidelis Patri infideli, atq; dubio in datione eleemosynę
præferendus est, cum peccator non sit dignus etiam pa-
ne, quo vescitur. Nullusq; dubitare debet, quod qui
potens est teneatur eleemosynam dare existenti in ex-
trema necessitate, tàm de rigore, quàm de iustitiæ ne-
cessitate.

QVÆSTIO XXXXIII.

*De vtilitate Eleemosynæ in charitate, & de
bonis circunstantijs factæ.*

ELeemosyna tantæ est virtutis, quod aliquo modo
vniuersalem vtilitatem habet, sed maximè efficax
est contra duas præcipuas peccatorum radices. Et
quidquid dicant quidam, eleemosyna nullatenus rap-
torem, vel vsurarium à debito restitutionis absoluit, si
sine

sine consensu alterius partis facta fuerit. Asserant omnes dantem cum grauamine magis mereri dimissioné, quàm dãtem cum hylaritate, modò grauamen illud nõ ex radice auaritiæ, sed ex natura complexionis procedat. Prout autem eleemosyna opus operatum est, meritoria est, non directè, & propriè, sed occasionaliter tantum. Bonis, & iustis eleemosynarum distributio multiplicem affert vtilitatem hìc, & in futuro.

Valet enim bonis hìc, & in futuro. Primę Timothęi 4. Pietas ad omnia vtilis est, promissionem habẽs vitæ, quæ nunc est, & futuræ.

Temporaliter vitam conseruat, & prolongat; psalmus 40. Beatus vir, qui intelligit super egenum, & pauperem, post Dominus opem feret illi super lectum doloris eius.

Temporalia augmentat. Prouerb. 11. alij diuidunt propria, & ditiores fiunt.

Spiritualiter à culpa liberat: Lucæ 11. date eleemosynam; & ecce omnia munda erunt vobis.

Libertum defendit contra Diabolum: Eccles. 29. super scutum potentis, & super lancea aduersus inimicum pugnabit.

Protegit etiã à peccato: Eccl. 3. ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis.

Illuminat intellectũ, & sanat affectum: Isaiæ 58. Tũc erumpet quasi Mane lumen tuum (ecce illuminatio intelectus) & sanitas tua citius orietur.

Gra-

Gratiam conſeruat: Eccl. 29. Eleemoſyna viri quaſi ſacculus cum eo, & gratiam homini, quaſi pupillam conſeruabit.

A morte liberat: Tobiæ 4. Eleemoſyna ab omni peccato, & à morte liberat æterna, & non patietur animas ire in tenebras.

Ad gloriã perducit: Matthęi 25. Venite Benedicti Patris mei &c. exuriui enim ſitiui, nudus eram &c.

Eleemoſynę autẽ hîc à viatoribus in mortali, & extra charitatem factę ad multa valent profectò, & ad vitam æternam: at non directè, ſed diſpoſitiuè. Damnatis verò nullatenus proſunt, cum formale charitatis eis deſit, quò ad ipſos defluere poſſint. Studeat ergo infęlix Homo, dùm in hac vita mortali viuit, ieiunare, orare, eleemoſynas dare, Sacramenta frequentare: & iugiter benefacere in gratia, & charitate, vt à pœnis Inferni, & damnatione liberatus ad vitã perueniat æternam. Amen.

LAVS DEO

FINIS.

5-2